





VII

I

HISTORIÆ  
MORBORUM

HISTORIA  
MORBORUM

HISTORIAE  
MORBORUM

OBSERVATIONIBUS AUCTÆ

ET CLARISSIMORUM VIRORUM CONSULTATIONIBUS  
ATQUE EPISTOLIS ILLUSTRATE

AUCTORE  
FRANCISCO RONCALLI  
PAROLINO

*Academia Bononiensis Socio, & Nobilis Brixianus  
Medicorum Collegii Priore.*



BRIXIÆ CICIOCCXL.

Exudebat IOANNES BAPTISTA BOSSI<sup>N</sup>I  
*SUPERIORUM PERMISSU.*



IN HISTORIA  
MORBORUM

ERGAE MONSTRANTUR  
MUTATIONES ET CONVULSIONES  
IN VARIO MODO IN VARIO MODO  
IN VARIO MODO.

FRANCISCO RONCALLI  
PAROLINO

PAROLINO



PAROLINI 1600  
PAROLINI 1600  
PAROLINI 1600



SERENISSIMO  
FRIDERICO  
CHRISTIANO  
REGIO POLONIARUM, ET ELECTORALI  
SAXONIAE PRINCIPI

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS



Agni Tui nominis auspiciis  
ornatas en, Princeps Excelse,  
Historias Morborum in lucem  
edo. Verebar equidem primo,  
nec fas esce ducebam ejusmodi  
patrocinium exoptare, quod immane quantum

an  
fuge-

superat conditionem meritumque exoptantis. Verum animum fecerunt mihi præclara exempla , quæ hoc in genere habemus ; scilicet Augustissimi Principes , qui res medicas typis vulgatas comiter ac blande exceperunt , nec quicquam pristinæ suæ dignitatis amittere putarunt , si ad fovendos ingeniorum foetus in publico judicio descenderent . Notum est , præcipue Tibi , qui veteres novasque historias probe tenes , qualis Macedonum Rex fuerit erga Aristogenem Thasium , qualis erga Vallisnerium præceptorem nostrum Carolus VI. Romanorum Imperator ; ille ipse , qui cum , dum viveret , arctissimo necessitudinis vinculo conjunctus eras . His fretus exemplis animum cepi , spectans potissimum ad illam humanitatem , facilitatem , prudentiam , doctrinam , ceterasque dotes egregias , quæ Tuam majestatem dignitatemque ubique comitantur . Profecto statim atque Te per Brixianam urbem transiuntem , & præsentem præfenti mihi primum aspicere contigit , post Venetiis ad Regia Manus osculum accedere licuit ; cum insuper in mentem venirent ea , quæ de Te prædicantur , mira admodum , & qua axate es , pene incredibilia , cogitavi qui fieri posset , ut mihi tantum Meccenatem pararem , & tantum lucis ac

plen-

splendoris meis lucubrationibus affunderem . In primis autem mihi incitamento fuit Tuus in literas amor , & in omnibus disciplinis liberalibus comparandis ardor ingens , quo fit , ut spretis voluptatibus , & otio , improba firene , in id sedulo incumbas , ut inter commoda regiæ domus , inter illecebras , & opes , nihil Te seducat , nihil retardet ab ea bonarum artium cultura , quæ Te jam nunc spectatum facit , atque hinc alii exemplo esse possis . Addo , quod alii per longos labores , & vigilias , per belli , pacisque difficultates , per cultioris orbis itinera vix faciunt , ut simus & vitam sapienter instituant , & pacis bellique artes optime callicant , tum etiam docti , & literati fiant , id Tibi tam mature , nec labore ita multo contigit , ut a natura ipsa inditum Tibi videatur & sapere , & sciare , quæ sciri possunt , & disceptare de iis , quæ saepe vel ipsos artium magistros torque-re solent . Ad quæ quo magis animum adverto , eo magis in spem venio fore , ut æquo animo bonamque in partem accipias meum desiderium , nimis audax quidem , at non injustum nec intempestivum , sacrandi magnitudini Tuæ hos , qualesunque sint , labores meos . Accedit , quod , cum dignitas artis medicæ ea sit , quæ inter omnes scientias pri-

primum locum obtinet , si eam excipiamus ,  
quæ agit de Deo ac Religione , rationi con-  
sonum est , ut illi tales patronos exquirant ,  
quos Deus in altiore gradu constituit , adeoque  
inter alios principatum habent . Quod me  
consecutum esse nullus relinquitur dubitandi  
locus , si , ut taceam cetera , modo confide-  
remus admirationem illam , ad quam Venetos ,  
inlytam eorum urbem ingressus , rapuisti .  
Quem autem non traheret singularis largitas  
in alienis laboribus rependendis , humanitas  
in obsequiis excipiendis , & , quod rarum ,  
insignis moderatio in tanta ditionis , & po-  
testatis amplitudine ? Quod si licet disciplina-  
ræ , quam profiteor , aliquid etiam adblan-  
diri , haec quodammodo jus habet libere ad  
Principes accedendi , eosque in praesidium , &  
subsidium vocandi ; quippe qua subditorum  
incolumitati consulens , codem tempore &  
Dynastrarum potentia , & regnorum firmitati  
provideat . Hifce de causis spes , quam de Te  
auspice concepi , magis magisque confirmatur .  
Neque vero hic , quod plerique omnes faciunt  
in edendis & dicandis voluminibus , mihi quo-  
que tentare animus fert ; nimirum gestas res  
Tuorum majorum , partamque gloriam re-  
cinere . Victoriae , triumphos , cetera Familia  
monumenta celebrare fastorum est , non epi-

stola:

stola : est gravium scriptorum ; non mei ,  
tanto oneri citra controversiam imparis . Nec  
fane Tuorum Proavorum merita indigent præ-  
cone tam tenui , jam in publicis actis plene  
descripta , & apud omnes , a quorum urbibus  
sol non tam aversus equos jungit , crebris  
sermonibus usurpata . Jam in ore est universis  
gentibus , Te Principes illos Viros , & Mo-  
narchas non solum coequare , sed tot , ac  
tanta præstitorum , ut in Te uno posteritas  
admirabunda conquiescat . Obstupefecit  
nempe virtutem , potentiam , auctoritatem ,  
& gloriam , non modo bellicis rebus par-  
tam , sed etiam pacis tempore semper auctam  
integrarumque servatam : contra quam non-  
nulli regnantium facere visi sunt , victores  
bello , pace vieti , & subjugati . Admirabitur ,  
& nunquam memorare desistet curam , &  
cautionem , ne populorum subjectorum animi  
labefactentur a vitiis , ne bonæ artes ac scien-  
tiae collabantur ac pereant , uno verbo ne  
omnia parabilia ornamenta in amplissima di-  
tione deficiant ; quemadmodum & de Augu-  
sto II . Avo Tuo memoriae proditum , qui  
præter alia decora majora , quibus subditas  
regiones exornavit , singulari quoque Mur-  
rhæ magisterio celeberrimas reddidit . Sic  
( quod olim de Trajano serebatur ) Te di-

b

cent

cent populi a Deo missum , quia liberalium  
artium restitutorem . Te Augusti Patris ve-  
stigia subsequentem pradicabunt , capti mo-  
rum integritate , & Christiana Religionis zel-  
lo . Quid plura ? Te exemplar ac typum  
bene regnantium ostendent , & fibi in hac  
parte praesertim invideri gaudebunt . Sed quid  
ego & Generis , & Proavorum , & eorum ,  
qua ipse non feceris , mentionem faciam , cum  
ne ea quidem , qua laudanda quotidie facis ,  
Tua exigitas ; omnia D. O. M. accepta re-  
ferens , & omne bonum defursum esse cognos-  
cens ? Nec ignoro parum grata esse Tibi ,  
qua nunc carptim de Te scribo , propterea  
quod ut digna laude perpetras , ita laudari  
drectas . At quo nunc patere , vimque  
Tibi ipse facito ; non enim alio mea consilia  
spectant , quam ut mihi ad Tuos pedes pro-  
voluto annuere digneris , aequi bonique fa-  
ciens hoc , quod offero , munusculum , atque  
adeo particulam ejus inexhausta humanitatis ,  
quam ad Te accedentes experiuntur , imper-  
tiens . Te diu superfitem , & incoludem Ti-  
bi , & orbi D. O. M. servet .

Brixiae 10. Augusti 1741.

## NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padoa .

**A**vendo veduto per la Fede di Revisione , ed Approva-  
zione del P. F. Paolo Tommaso Manuelli Inquisitore di  
Venezia nel Libro intitolato : *Historia Morborum Observationi-  
bus aucta &c. Autore Franciso Roncalli Parolino* , non v' effet  
cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica , e parimente per  
Attestato del Segretario nostro : niente contro Principi , e  
buoni costumi : concedemo licenza a *Giam-Batista Boffino Stam-  
patore in Brescia* , che polli esser stampato , osservando gl' ordini  
in materia di Stampe , e presentando le solite copie alle  
Pubbliche Librarie di Venezia , e di Padoa .

Dat. li 25. Februario 1740.

( Gio: Emo Proc. Rif.

(

( Pietro Grimani Cav. Proc. Rif.

Agostino Bianchi Segret.

Registr. in Libro a fogl. 73.

b

Vene-

## PRÆFATIO.

UT ab orbis usque primordiis humanam corporis fabri-  
cam varium morborum genus imperit, ita ab omni-  
etiam aeo homines contra ire, iefequ ab iis tueri curarunt.  
Et quamvis cura hæc adversus hostiles impetus comparata,  
processu temporis facta ars, suos identidem habuerit manes,  
attamen crescentibus in dies adminiculis, atque subsiditis, ad  
longe maiorem potioremque statum, ac perfectionem evecta  
esse dignoscitur. Huic porro incremento latior adhuc patebit  
via, si viri, juxta Oldenburghum, undeaque eruditis utilles  
scientias, & artes, Medicam in primis, non meris speculatio-  
nibus, sed probata observationum, & experimentorum fide pro-  
movere satagent. Neminem enim latet, quemadmodum eloquentia  
peribent ab observationibus alieni sermonis paulatim  
coaluisse, ita facultatem de qua agimus, similiter perfici ab  
animadvertisendis alienis casibus, & incertis natura humana  
viciisitudinibus: hoc tamen intercedente discrimine, quod hu-  
ju[m] germane artis institutiones sola praxi firmantur, &  
stuantur, unica fere magisira, certaque viam hanc incutibus  
duce.

Theoriarium varietas, subtilissime hypothese e cerebro na-  
tura, scutarum questionumque cultus, & multitudine, tantum  
abest, ut ulli ad progressum momento fuerint, quin potius me-  
dicam rem opprimerent, ac retardarint, inopem quadammodo  
ipsa copia faciente. Empirice quippe in Jonia ab Ephesina Dia-  
ne templo ejusdemque exiguis tabulis defumpta, qualitates c-  
lementares, Galenicae pathologie, acida, atomi, aetiologi-  
ca cogitata, enchires media pyrosi peractæ, fluidorum, &  
solidorum momenta mechanico, & geometrico calculo commen-  
surata, simplicium antiquitus promissa vires, ipsa etiam Anatome,  
aut solitaria non sufficiunt, aut simul juncta claudi-  
cant, neque subsistunt, nisi praxis accedat, ac fulciat, que  
morbos inter Egrossque versando comparatur. Quamobrem  
cum

Veneris itage inventa sapientie, inventoreisque adire, tanquam malorum hereditatem  
iuvat. Mibi ita acquista, mihi laborata fuit. Sed agamus bonum patrem familiæ, faci-  
mus amplius, que accipimus &c. Sed etiam si omnia ab aliis inventa sunt, hoc semper  
nouum erit, uis, & inventorum ab aliis scientia, & dispositio. Corporis remedia inven-  
ta sunt ab aliis, quomodo autem admoventur, aut quando, noliti operis est querere. Se-  
neca Epistola 64.

Rationacionem laudo, modo ex iis, que sensus comprehendunt, aut experimenta o-  
ffendunt, nascatur. Hippocrates Lib. de proœsta Med.

Nemo nostrum satis esse potest ad artem simul & constitutandam, & absolviendam: sed  
fatis superque videtur debet, si que multorum annorum spatio Priors inventent, Poleri  
acceptientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando compleant, atque perficiant. Gal-  
enus Com. Aphor. I. Sec. 2.

Si excipias enim paucos illos observatores, qui casus, & Historias medicas diligenter,  
fideliter, & ad vivum prout ab ipsa rei natura procedebant, describendo, Medicina po-  
meri summopere ampliarunt; ea, que reliqui addecer, falsam theoriam, & huiusmodi in-  
explici speculatian, turbabant potius, impediveruntque illius progressum. Baglioni Præxes Med.  
lib. I.

Cecutiene igitur in hinc arduis ratione, observationes uicunque fuserint delineanda,  
nullisque speculatiorum fucus adulterata lectoribus proponeundo. Idem Baglioni.

Hinc videmus, eam denum Theoriæ, que ex praxi, atque experientia defumpta, &  
que Historia morborum explicandi accommodari posset, ipsamque experientiam posse redi-  
xit rationalem, recte dici medicam, & esse optimam. Fridericus Hofmannus Tom. I. cap. 1.

cum scientiae quidem omnes in pretio esse debeat, sed eo magis , quo quoque utilior homini, cumque servare potest, plurimi practicam medicinam faciendam esse, nemo incisibit . Hinc si Medici titulum jure obtinere contendimus , in alta hac rerum nocte , non cavillantes in lacrimis phantasie deliquis expatiari , aut tempus terere debemus : sed improbo observationum labore naturam subfuentes , raro fallacem , humanae hospitati operam dare . Ars quippe medendi tunc tantummodo ad apicem pervenisse dici poterit , quando similis facta crit naturae .

Hinc igitur , tamquam abs limine , ductis auspiciis , recta eundum est ad expendandam peculiarem cuiuscumque regionis constitutionem , vernaculae , & populares morbos ; qua ratione scimus artis principem divinum senem facem nobis preferre voluisse; magno ipso testante Lancisio , quando ait : *Medicos , qui artem facturi sunt , multarum rerum cognitione infraire oportet , primum ad curandos cives , vel alienas accedant.*

Verum ut facturus medicinam , quæ diximus , probe teat , non ideo præfendum undeaque consultum . Illud enim semper desiderari virum est , ut longo , incredibili experimentorum criterio peculiares Historias constarent , ubi quæ ab exteris etiam nationibus adhibita sunt ad restaurandam hominum salutem , in usum sub hoc celo verfa , que noxia , que utilia fuerint , ad vivens , nutansque automa restituendum , unusquisque scire posset .

Quod vero hæc omnia præfari non possunt , nisi per exempla , ideo nos , præmissa una , vel pluribus de eodem morbo Historiis , peculiares viginti annorum observations , interdum generatim sumptas , addidimus , pluribus experimentis comprobavimus , remedii non omisimus , auctoritate graviorum Scriptorum *fullimus* , & quandoque annotationibus in imo paginarum adscriptis , & pro re nata clarissimorum viventium Virorum consultationibus , & epifolis totum opus in certa quædam genera digerendum , & illustrandum curavimus ; sperantes ( nisi nos philautia decipi ) fore , ut in illi morbis , de qui-

quibus sermo factus est , aliquid lucis in Ægrorum curatione affulgere possit .

Neque tamen a sola praxi , ab assiduo observationum prope Ægrorum lechulos radio effecta , ita rapti & obsecrati sumus , quin fateamur , incorruptæ candidæque fidei , & doctrinae Scriptorum , & præcipuarum Academiarum confusa sepe , ut in re difficulti , oracula ; & a præcipue nota magistris , tum præfertim a clarissimorum Virorum congregibus aliquid respondi petendum esse . Lycei enim , Cœtus , Academie in toto orbe semper fuerunt maxima scientiarum omnium fundamenta , qua & in urbe Brixia a Medicis , & multigena eruditioris Viris jačta loqui fuere , ut testatur Opus Octavii Rofsi publicas per omne ævum Academias memorantis , & dialogus VII. Aloysii Mundelle Medici olim Brixiani præstantissimi , ubi loquitur de *Callimachi editibus* , *bortulo amanissimo conjunctis* , quo conserui consueverunt diversa excellentissimorum Virorum ingenta ; ejusdemque epistola medicinalis *Academie suis misis* .

Quem quidem morem utilissimum non ita pridem a *Cenomanis Arcadiis in coloniam deductis* promotum vidimus , & in praefentiarium etiam redivivum & excultum gratulamur , fludio Nobilis Viri Comitis Joannis Marie Mazzuchelli , qui laudabili exemplo Brixiana excitavit ingenia ; & permisit , ut apud se statutis diebus fierent academicæ congregelli ad solemnum , promovendumque literarum omnium , interdum etiam rerum physico-medicinarum , incrementum .

Cumque populorum , & urbium gloria semper ea fuerit , ut aut in bello , aut in bonis artibus , scientificisque egregios fese præfarent , quis neget , Brixianam gentem caram utilemque Patriæ in re militari , aliquid etiam in literaria nomen decusque gessisse ? Nemo sane , qui modo legerit *Specimen Varia Literatura illustrum Brixia Virorum* , ab Eminentissimo Cardinali Quirino typis commissum , summo omnium plausu , Brixianorum præcipue , tanto Principi , supra quam dici potest , ornamenti ex parte debentum . Quis denique necit Planerium , Sa- chet-

chettum , Brifianum , Martinenghum , Paternum , Uilmum , Ochi , Beteram , Frascatum , Calzavliam , Cafali , Amiliuum , Vellam , Mazinum , ut ceteros taceam , de Brixiana patria urbe , & de Medicina publicis scriptis optime meruisse? Quamobrem licet corum promerita a me coequari minime posse sciam , multoque minus *thesaurum potius* , quam librum confidere valcam , ut Plinius de Domitio Pifone dixit ; attamen cum turpidini vertatur , nisi quod ab otio , & vitio proficitur , sperans , fore ut non ad opus tantum , sed ad animum , & voluntatem attendatur , observationibus meis viam faltem monstrare curavi , ut praesentes & posteri tyrones de sua patria benemerenti sciant .

Superest , ut aliquid peculiares dicam de methodo , quam fecuti sumus . Data opera , gravium scriptorum exemplo , tam in Historiis , quam in Observationibus fere semper reticuumus *Ægrotorum* nomina , ne quis propria infortunia celare amans , frontem contraheret , sed eo magis , quia id nihil ad illufrandam praxim confipiat . Medicum enim non de nomine *Ægroti* , sed de nomine morbi , deque ejus causis , & geni follicitum esse patet .

Insuper animadverendum etiam , deesse Historiarum , & Epistoliarum datarum diem ; quod factor non bene factum , si infestum reddi posset . Medendi quippe methodus sumitur a diverso planetarum aspectu , atque ab immutata temporum constitutione . Sed cum tune factae fuerint , non eo consilio , ut cuderentur , & dein confarcinante , & ad memorie caufam tantum scripte , & identidem adverfaris auctæ in museoli nostri angulo reliætæ fuerint , chronicum characterem amiserunt , quem pro arbitrio in præfæna addere piaculum est .

Postremo addere libet , me neque Veterum , neque Recentiorum in verba iurasse ita , ut religione duxerim fidem , alibi datum , alibi mutare . Utrisque sua laus danda est , neutris dendenda aliena falsus . Hæc de ordine , & methodo operis nostri . Cetera obvia tibi , candide Lector , fiunt , a quo hæc legi eo animo optamus , quo nos produxiimus . Vale .

## INDEX

# INDEX

## CAPITUM.

### HISTORIA I.

*Apoplexia cum otis tortura in hemiplegiam defensio.*

*Pag. 1*

#### OBSERVATIONES. IN APPOLEXIAM.

I. *Cause ante agenes apoplexiæ cognoscendæ.*

& *Corpus pretervandum est.*

*4*

II. *Apoplexia a flatulæ.*

*6*

III. *Cordem in fostræ parte leſum , quando dexter artus fletuſati sunt , & contra.*

*ibidem.*

### HISTORIA II.

*Epilepsia in multæ 25. annorum ex mortis vici-*

*catoriis vini abitu.*

*7*

### HISTORIA III.

*Epilepsia a nimia ingluviæ in adolescentie , cum reſpirandi difficultate.*

*10*

#### CONSULTATIO.

*Francisci Nicolini super relatum Epilepsie-*

*Historiarum ad Auctorem data.*

*14*

#### OBSERVATIONES. IN EPILEPSIAM.

I. *Morbis eventus.*

*19*

II. *Indicationes in epilepsia somnende.*

*19*

III. *Artis & Cœli exigitudines examinande.*

*20*

IV. *Ubi de tribus praecipuis in epilepsie reman-*

*dit.*

V. *Selio Cadaveris tydrope , deficiens ,*

*epilepsis infusibus , autopnam denaſca-*

*reñit , laborans.*

*21*

### HISTORIA IV.

*Capitis inflamatio post lentam febrem*

*in adolescentie.*

*23*

#### OBSERVATIONES. IN SCARRIOSIS , ET SCROPHULAS.

I. *Scarrioso suppurationis lethalis diauersa flui-*

*flus compedita.*

*40*

II. *Arcannos ad cornulas ferrophylas.*

*42*

#### EPISTOLA AUCTORIS.

*In qua rejiciuntur usus chincchina pro tol-*

*endo Morbo in hac Historia relato.*

*24*

#### EPISTOLA ALTERA.

*Rationes ab Auctore reddundur , proper-*

*quas chincchina dannata fuit , oxy-*

*meli laudatur.*

*24*

#### OBSERVATIONES. IN CAPITIS INFILMATIONEM.

I. *Annum ad certiores circa uijam chincchia-*

*ne.*

*26*

II. *Ager enclita , que fit , circa mortis casas ,*

*Medico narrare debet ,*

*ibidem.*

#### HISTORIA V.

*Raucedo in gutture , cutis impetigo , ven-*

*triculi debilitas , inornorum viderunt*

*aetus.*

*27*

#### HISTORIA VI.

*Salfa cutis impetigo , corporis plenitudo ,*

*periorum cylindrostof.*

*31*

#### OBSERVATIONES. IN IMPETIGINEM , ALIOSQUE CUTIS MORBOS.

I. *Cetis morbi non semper curandi.*

*33*

II. *Ubi de Epilepsie non rayegundo.*

*34*

#### HISTORIA VII.

*Sciřitus in lingua , & aler infra Mandibula-*

*lulari post haemorrhoidum suppres-*

*sionem.*

*36*

#### OBSERVATIONES. IN SCARRIOSIS , ET SCROPHULAS.

I. *Scarrioso suppurationis lethalis diauersa flui-*

*flus compedita.*

*40*

II. *Arcannos ad cornulas ferrophylas.*

*42*

#### HISTORIA VIII.

*Realizzazione: Associazione Bibliofili Bernardino Misinta. Copyright: Biblioteca Queriniana Brescia*

## INDEX

## HISTORIA VIII.

Ulcus auris ab iictu extero cum doloribus  
fuppitorioris, & suditus lassitio. 43

## OBSERVATIO.

## IN ULCUS AURIS.

I. Remedium a Galeno laudatum. 46

## HISTORIA IX.

Myopia, seu visus debilitas ex  
potissimum oculo, ob nimios in flu-  
dendo labores. 46

## OBSERVATIO.

## IN MYOPIAM.

I. Collyria ex mineralibus laudator. 48

## HISTORIA X.

Ophelmalia recurrens, frontis, & tempo-  
riuum inflammatio, Gallica lucis origi-  
naria, & confirmata. 48

## HISTORIA XI.

Herpes in capite, Lues Gallica in toto  
post uulva & tonsillarum inflamma-  
tionem. 50

## HISTORIA XII.

Hirundo Brixianus Astori transmissa.  
Lues Gallica, ulcus vesicæ, canuculae in  
uretha. 53

## AUCTORIS RESPONSUM.

## EPISTOLA.

Georgii Corradi Sigler propositum ab  
Auctore Methodium confirmans. 58

## OBSERVATIONES.

IN NOVAM METHODUM  
CURANDI &c.

I. Quando laudanda. 59  
II. Quando suscipita. 60

## HISTORIA XIII.

Lues Gallico, Melancholia cum doloribus  
in obeso. 61

## HISTORIA XIV.

Lues venera, cum febri continua. An  
Mercurialis adhibenda sint. 64  
Morbi eventus. 66

## OBSERVATIONES.

## IN LUEM VENREAM.

I. Ubi de eydem effient, & subiecta, de-  
que caecis necessariis in adhuc Mer-  
curio. 67

II. Mercurius princeps remediorum. 70

III. Asturias Methodus. 70

IV. Inunctio Mercurialis. 71

V. In Gomorream. 73

VI. Grajazum interdum Mercuria acti-  
vum. 72

VII. Dermodis, prater Grajazum, Salpili-  
nus, & Mercurius, reverentiam locis  
curantibus. 73

VIII. Cito ad curandam leuem venream  
febria. 75

IX. Serpentes pacifici methodum curande  
loti docentes. 76

X. Serventorum doloribus, ceste narvenca ad-  
hucenda sunt. 76

XI. Post Mercuriū sum, que agenda sint. Ibid.

## HISTORIA XV.

Melancholia, atrabilates scorbuticas af-  
fectiones in Nob. Monial. 77

## CONSULTATIO.

Antonii Alpago in candem Histroiam .  
77

## CONSULTATIO.

Alexandri Macoppe. 79

## CONSULTATIO.

Graffini Cantarini. 80

## HISTORIA XVI.

Melancholia, ventriculi morbo affectio-  
cum paitalis supra linguam. 82

## HISTORIA XVII.

Menstruum immunitio, gestationes la-  
boriorum, affectio Hypochondriaca. 85

Hil-

## CAPITUM.

## HISTORIA XVIII.

Patio Hyterica spasmatica hypochon-  
drifica in muliere. 88

## CONSULTATIO.

Alexandri Macoppe in candem Histro-  
iam. 90

## HISTORIA XIX.

Hyterica spasmatica convalliva affec-  
tio. 94

## AUCTORIS RESPONSUM.

92

## HISTORIA XX.

Affectio hypochondriaca, manus, & crura  
tremunt, sputus fanguineus tinctus. 96

## OBSERVATIONES.

## IN HISTERICAM PASSIONEM.

I. In eis agitur de tribus affectibus Hyterica  
gradibus. 99

II. Hyterica affectio tam gravida quam  
perpetraria: Osteo: quodam concreta in  
tuba Fallopiana. 101

III. Ubis agitur de canis, & remedio Hy-  
terica affectibus secundum antiquos. 103

IV. la remedia chelydatis. 104

V. la Beccaria Jervis. 104

VI. Specifica. Ibidem.

VII. Sydenham cortice Parvianum pre-  
ponit. 105

## HISTORIA XXI.

Affectio Hypochondriaca, vomitus, bor-  
borygmi, crudiatus, oedophagi con-  
trachio. 106

## CONSULTATIO.

Alexandri Macoppe in candem Histro-  
iam. 109

## OBSERVATIO.

IN MORBI EVENTUM. 111

## HISTORIA XXII.

Afflita in Juvene triginta annorum. 111

## HISTORIA XXIII.

Afflita post vulnus humeri cum febri  
continua, & sputis cruentis. 115

## HISTORIA XXIV.

Afflita sputum sanguinis, affectio hypo-  
chondriaca. 116

## HISTORIA XXV.

Afflita, cachexia, hydrops incipiens. 119

## OBSERVATIONES.

## IN ASTHMATICOS.

I. Extracardemia quando adhucenda, febris.  
II. Purgaria & Comixaria interdum ad-  
hucenda. Ibidem.

III. Ar medicatus in Affectionis aliquip  
pectoris membris adhucend utiles. 122

IV. Vitis pro aris medicata, sputibus. 123

V. la Afflitione sympathico pectorale pa-  
rum virila. 123

VI. Remedia asthmaticas affection curan-  
tia. 124

## HISTORIA XXVI.

Febris Hectica in muliere. 124

## CONSULTATIO.

Johannis Maria Fracassini in candem Hi-  
storian. 127

## CONSULTATIO.

Stephani Piccoli. 128

## HISTORIA XXVII.

Sputum fanguinis, tabes incipiens in  
Sene. 131

## HISTORIA XXVIII.

Hæmoptisis, respirandi difficultas: Ma-  
cetes cum lenta febre. Dammanus aqua  
mineralis. 133

## HISTORIA XXIX.

Tuffis, sputum fanguinis, macies. 134

## HISTORIA XXX.

Sputum fanguinis in Viro, solis poda-  
gra, & plagi in cruralibus laboran-  
te. 137

OB-

## INDEX

- OBSERVATIONES.  
*IN PHTHISIM &c.* 138  
 I. *Is qua agit de confusione cruentum plagiis internum pronovocantibus, & aperiuntibus.* *Ibid.*  
 II. *Ubi Methodus nostra producitur.* 139  
 III. *De Phthisis contagio, & propagatio-*  
*ne.* 140  
 IV. *De aliquibus Phthises remediorum.* 141
- HISTORIA XXXI.  
 Tumor in Mamma. 143
- EPISTOLA.  
 Joannis Baptiste Paftorini ad Autorem  
 data. 144
- AUCTORIS RESPONSUM. 145
- OBSERVATIO.  
*IN TUMORES MAMMARIUM.* 147
- HISTORIA XXXII.  
 Cancer in Utero. 148
- OBSERVATIONES.  
*IN TUMORES CANCEROSOS.* 149
- I. *Ubi de admirabilis Tumoris Scirrhosa-car-*  
*cinomatosis amputatio.* 149  
 II. *De fogo futuri Cancer.* 150  
 III. *Uterino adhuc fixa cancerum, aliisque for-*  
*ro, curare valeat.* 151  
 IV. *Nouilla ad cancerum remedii.* 151
- HISTORIA XXXIII.  
 Lumbo. 152
- OBSERVATIONES.  
*IN LUMBAGinem.* 153
- I. *Lumbagine nomen quomodo intelligi de-*  
*beat.* *Ibidem.*  
 II. *In Lumbagine missa sanguinis per feda-*  
*les venas, interdum sufficit.* 159
- HISTORIA XXXIV.  
 Ictiadiacum dolor in obca. 159
- HISTORIA XXXV.  
 Claudiacion ob iictiadiacum affectionem. 161
- OBSERVATIO.  
*IN ISCHIADIACOS AFFECTUS.* 163
- HISTORIA XXXVI.  
 Morbo endemica confluentio, que Bri-  
 xian. 1730. graftata est. 164
- OBSERVATIO.  
*IN ENDEMICAS CONSTITUTIONES.* 166
- HISTORIA XXXVII.  
 Spasmatica Ventriculi affectio cum vo-  
 mina, tufsi, & hypochondriacis affec-  
 tionibus. 167
- CONSULTATIO.  
 Alexandri Macoppe in candem. 168
- OBSERVATIONES.  
 I. *Morbis exuviae.* 170  
 II. *Selio Cedaveris.* 171  
 III. *Anatomie Therapeutic illustrat.* 170  
*Arthri rationes redemptor.* 172  
 IV. *Cafus duo hand diffimiles reconser-*  
*vitur.* 172
- HISTORIA XXXVIII.  
 Fluor albus cum vomitu, & pyralismo  
 in nob. muliere. 173
- OBSERVATIONES.  
*IN ALBUM FLUOREM MULIERUM.* 176
- I. *Ubi praeceps adstringentes cante ad-*  
*ministrantur.* 176  
 II. *Specifica fofpecta.* *Ibidem.*
- HISTORIA XXXIX.  
 Nephritis dolor cum calculorum exi-  
 tu. 177
- OBSERVATIO.  
*IN MORBI EVENTUM.* 189
- HISTORIA XL.  
 Febris, dolor in cosa, lince, hepar, sin-  
 gultus, urina nigra cum arculis, ven-  
 tris tumor. 181
- EPI.

## CAPITUM.

## EPISTOLA.

- Alofisi Garbelli ad Autorem in candem  
 Historiam. *Ibidem.*

## OBSERVATIO.

- Alofisi Garbelli ad Joannem Baptistam  
 Maximum. *Ibidem.*

## OBSERVATIONES.

## IN NEPHRITIDE M.

- I. *Signa diagnosticia calcolose affectionis.* 187  
 II. *Pinnum calculei producit.* *Ibidem.*  
 III. *Diverticula rotunda fusi.* 188  
 IV. *Arccum STEPHENS ad diverticu-*  
*lum calculum.* 189  
 V. *Calculus fofatur a Mercurio dul-*  
*ci.* *Ibidem.*

## HISTORIA XLI.

- Urinx Profluvium. 190

## OBSERVATIO.

## IN URINE PROFLUVIUM. 192

- HISTORIA XLII.  
 Ulex Vesice in Veneto Mercator. 193

## OBSERVATIONES.

## IN ULCERA VESICE.

- I. *Diverteria rotunda fusi.* 197  
 II. *Ceste lopores mediciati in vesicam adi-*  
*gendi.* 197

## HISTORIA XLIII.

- Femoris Fractura. 198

## CONSULTATIO.

- Joannis Baptista Morgagni in candem  
 Historiam. 203

## OBSERVATIONES.

## IN MORBI EVENTUM. 207

- I. *Femur tandem folidatum.* *Ibidem.*  
 II. *Ratio clavigera in Ego.* *Ibidem.*

## HISTORIA XLIX.

- Affectus Pruriginosus. *Ibidem.*

## HISTORIA XLIV.

- Tenfio in Abdomine, & mucus inter-  
 costalibus fuitu lateri. *Ibidem.*

## OBSERVATIO.

- Mercuris concretiones folvit. *Ibidem.*

## HISTORIA XLV.

- Fistula in scroto, & Perinato. *Ibidem.*

## HISTORIA XLVI.

- Hæmorrhoides dolorifex cum subfrequen-  
 ti fistula in ano. *Ibidem.*

## OBSERVATIONES.

## IN ANI FISTULAS. 217

- I. *Fistula absque ferro difficulter curari pos-*  
*it.* *Ibidem.*

- II. *Calix ei furi patet, ante sectionem or-*  
*radundat.* *Ibidem.*

- III. *Scitio Fistula adaptata tenenda efo.* *Ibidem.*

- IV. *Methodus altera pro curandis ani Fi-*  
*stulis.* *Ibidem.*

- V. *Catounle Magnitude, & propria-*  
*tate.* *Ibidem.*

- VI. *Ahi Fistula strum curari debeat.* *Ibidem.*

## HISTORIA XLVII.

- Dexter pedis diftioris cum subfrequentia  
 debilitate. *Ibidem.*

## HISTORIA XLVIII.

- Tumor Ulcerulus. *Ibidem.*

## OBSERVATIONES.

IN TUMORES ULCEROSOS. *Ibidem.*

- I. *Quanda adhuc figura cancri paucis reme-*  
*dus agendum.* *Ibidem.*

- II. *Signa certa iudicis non tangende.* *Ibidem.*

INDEX CAPITUM.

OBSERVATIO.

IN AFFECTUS PRURIGINOSOS.

- I. Cucurbitalis, non venae felicem stendunt  
eſt.  
HISTORIA L. 224  
Ozrena.

OBSERVATIONS.

- IN OZENAS. 225  
I. Ozene a la Gallica. fidem.  
II. Arcamni Hieronymi Mercurialis pro cura-  
dis Ozentis. fidem.  
III. Nonnulla remedia. fidem.

I N D E X  
EPISTOLARUM

Quæ Operi accedunt.

I. I X.

Philippi Garbelli operatus taudenit Austinus in  
litteris, finali custodio papulorum repte ca-  
pi dictopremis influentia. 226

Auctor ad eundem, ubi factus de hepatis morbis ob-  
servaciones recensuerat, & emulsi experimentis com-  
probauit. 227

I. I.

Philippi Garbelli, qua percerulsi accepisti, significat  
& adiungit, non nisi vero, & omnibus pruis recte per-  
petuo ad vaginam haec esse videntur. 228

I. I I.

Philippi Garbelli, qui percerulsi accepisti, significat  
& adiungit, non nisi vero, & omnibus pruis recte per-  
petuo ad vaginam haec esse videntur. 229

Auctor ad eundem, ubi factus de laetitiae vñdi vi,  
deceptu contrarii morti caulis, indicatiuibus, & re-  
mediis. Pali que humoris multa alia tunciter fac-  
tum ferendum spectatu. 230

I. V.

Auctor ad eundem, ubi factus de laetitiae vñdi vi,  
deceptu contrarii morti caulis, indicatiuibus, & re-  
mediis. Pali que humoris multa alia tunciter fac-  
tum ferendum spectatu. 231

I. X.

Cardo Tenuiclo Capriffo. Auctor super cilia differ-  
entias exhibet, & traducit de felibus measura-  
dis filii communis peccit. 232

X. I.

Iacobus Cognetti Parisi. Filius Iacobum significat, con-  
statit uterque de sua experientia, quod Rhenanus  
& ad sequentes operationes quæ strictæ in  
nudibus si invulnerabiles habitanter involvere,  
alioquin invulnerabiles involvere, non possint. It  
episcopus P. Calixtus circa quodam rictula prælia  
iocat. Hinc incertus, quodam judicium ferendam  
ad hanc operationem, & ad invulnerabilem involvere  
autem cūlum dicit, & P. & alii madidam adhuc  
Vallianorum digredięntē tribunt. 233

X. I I .

Auctor ad Antonium Epitropum, alium jam pridem  
de aqua Eritiana opere donec intextus. 234

V. L.

Leontii gratias de munere operis, & foliis methodi-  
bus, nec non physico-mechanicis animadversoribus pro-  
bant. 235

V. I I .

Elian Lapeste fam. Auctio in Bononiensi Institutio  
explicationem potam facti locutionem cum tantovi-  
lo his ipsi gratulatur, & domo eadem exemplarum  
Moxi physico-mechanicis animadversoribus pro-  
bant. 236

V. I I I .

Petri Melancholi corporis medie rationem loquuntur,  
quod secundum tertium medicorum rationem  
& Augubus exscripta ad communissima facta circa  
hepatis motio obseruantur. 237

X. I V .

Com Joanne Baptista Morozio actibus officiorum na-  
scendo influentia; castigio sufficiunt cur, & quo-  
rum in corporis motu obseruantur. 238

X. V.

Ita humanae reponderet, sit grata fuit Auctor B.  
testa: fuit præco commissarii annalibusveris re-  
futum circa maiorem veliminores tangitis pollmor-  
tis, & deinde deinde, & deinde, & deinde, & deinde, &  
quatenus, parum adcedat, & partim ostendat idem,  
& inde populeos in mediis lumen calore. 239

X V.

*Ejusdem responsio humanissimis sensibus refuta : ubi  
raram, & nonquam a se vilam fatetur extraneo-  
rum huiuscmodi corporum in corpore coaceptio-  
nem.*

XVI

Ad Philippum de Violantigrati animi testimonium, quod  
Auctorem, amnente Primario Iudicatore illustrissimo,  
& Excellentissimo Comite de Vackerbar ad Regiam  
manus oculum promovit. Deadvixit, & dono nullis  
Dissertationibus fermo. Ad nova inventa in re medica  
producenta fuisse admittit. Item alia de meritis  
exteriorum respondit ingenio, de commercio literaturam  
in problemis, possum iustificando. 267

XVII

**Joannis Baptiste Maxini agentis de constitutione sanguinis Bleixanorum, deque mechanicis legibus, quibus nitrofa effluvia agunt in corpus animatum. Ubi insuper nomina leguntur de transpiratione; de aqua**

laga proventibus; de Patavinorum  
ad phlebotomias magis dispositis, de  
modo adhibenda, docue exequentis, ut  
minus claudet. 269

XVIII.

Auctor ad Joannem Miriam Finorum Medicum Bris-  
xiuum, ubi diffusibus caulis diutius febris detri-  
bitur, symptoma morbam concomitanti explicatur,  
ejusdem causa diffringuntur, scholam methodi  
circa eam originem confutantur, sphaerae bilis, &  
primaria vittam critapura, & corrugatio pro causa  
primaria constans mobi statuerit, integre cardine  
in vasis majoribus vito. Deinde hortatur ut in Acca-  
demico Physico-medicorum exatu, qui statuit  
vita apud nobilium Virum Aloysium Garbellianum,  
ardous calax examini subjiciatur. 279

XIX.

Auctoris ad Gasparum Cucchi exemplar dissertationum  
adjacentis, simul querentis de tacto ejus Beliam ad-  
yentia: mox de ampevilo inde difcessa. 276

H. I.

HISTORIÆ MORBORUM.

HISTORIAL.

APOPLEXIA CUM ORIS TORTURA  
IN HEMIPILEXIAM DESINENS

I Mpotentia ad motum dexter brachii in egregia Muliere temperamenti calidi, prouinde cruris, & pedis de re pente oborta, una cum oris tortura, atque ad loquendum habetitudin, mox paucis hora quadrantibus adeo adauita, ut omnino expers locutionis evaserit (1), fuit indubia apoplecti insultus testimonia, qui tamen polremo, cum dextre tantum partis syderationem attuliter, ad hemiplexiam inclinare videtur. Cum autem pluries Jane felia venâ, & specifis in ufo potissimum medicaminibus, exarata symptomata aliquantum mitescere vifa fin, & reliquum in praefens est, ut ad examen revocatis diri adeo affectus caufis, curativa, quadu fieri potest, purgatio infirmitatu. Quamobrem sicuti organum parvum, & musculorum contractio, & motus sit per permanenti aqualem fanguinem per arterias, & venas, latiscis nervi per respondentes tubos influximur sic, cum videamus locutionis, brachii, crurisque motum præpodiri, quinimo sufflaminari, conjecturam ducere possumus, in infernibus vasorum, & oscillantium utricularum ordinibus morbosam causam hæreditati. Et si vero ad flagitiam, aut comprimentem lympham, atque lenteſcentem fanguinem referri pollit, vel potius ad acren synovianas nervolas appendices corrugantem, & præcipue septimæ conjugationis non minus, quam cas, qua inter quintam, sextam, & lumbares vertebraes excurrunt, idque fatis conflate posse videatur: nihilominus, cum alacris Egræ nec senex, nec plethorici habitus, nec multum obesa fit, felicitate venæ, missus fangus vividus, & floridus apparuerit si signanter posterior liquidorum dyscrasia culpanda venit in casu nostro, ubi fervida, & asthmo viscerum, & præcipue hepatis, confutatio, aucto bilis proventu (2), morbi feminum foveat, & alti, ventriculi ataxia, irrequieti falium cupides, & acida cruditanus congeries fanguinem, & spiritus animales inficit, uterino & hysterico forsan fermento morbosas causas confirmante. Qui-

(1) Juxta illud Hippocratis lib. & Aphor. Et multum fuisse, & fluctuant.

(3) *Rituali* - *funzione* *acciai* - *effetti* *antropologici* *far-*

bus sene positis , nil mirum est , si laticum commeatus hoc vel illo loco aboleatur , aut falem intercipiat , ex secundario , & perdetent sucepta heterogeneitate , atque ab acidi embammatis ad stagnandum proptitudine ; in quo motus privatio , aut debilitas conficitur . Nil enim est facilis , quam ut fibrosi canalium parietes , & vili vel ab intra , vel ab extra fluentibus acidocribis fluidis vellicentur , pungantur , corrugentur , & vitiōse veluti modicenter , ut subinde vaſorum , & nervarum appendicū conſtrictio , & coactus obiatur . Et licet media cordis fistole , urgētibus auricularum , & ventriculorum mucularibus laetertis , impulsus crux , atque ex medullari ſubſtantia per corporum ſtratorum proceſſus , & obviam oblongatam spinam cuntem spiritus animales (spiritus enim animales admittendos censimus , quod femel dixiſe fatis fit ) obſculata , canalium corrugationes , & quelibet impedimenta removere deberent ; attamen ob naturalē ſucepta enatam fibrarum rigiditatem , prouide que amiffam ad oſcillandum aptitudinem , ob ſpiritu animalium parvitatem , aut vapſcentiam , & fermentorum omnium inertiam , nec non ob antae ſatulentem foliorum vim , perit cum fluidis aequilibrium iodeoque & de repte oborta apoplexia eft , & ſubinde ex pedentem coagentalis cauſis hemiplexia enata .

Que cum ita probabiliter fint , eo collimate deberent artis tentamina , ut in infernis viceribus ſympēſis promovetur , falina ſpicula hebetum , fibrarum corrugatio , & rigiditas laxetur , clauſe via ſeruentur , utrinque compagi propiciatur , promotoque hinc ſpiritum , præcipue animalium , circuitu , oris & artuum motus reviviscat .

Ad remedia vero quod attinet , que ex aerio Chirurgico de promi poſſunt , circa ſanguinem milionem jam fatis ſuperque aétum eft (quando nova non ferat occaſio , quam Deus avertat) ſcilect ob evacuationem tantum . Etenim pro illius motu concilando , potifſimum ſi adhuc aliqua lingua hæſitatione trepidet , poterit docentibus Zacuto Lufiano , & Arcteo (1) , bis in occipite fecari cucurbitula , ut perbellę notat Clariflimus Morgagnus in *Adverſariis Anatomicis VI* , aut venis ſedalibus affigi hirudines ad mentem Magni Hippocratis (2) (3) . Pramissis vero frictiōibus artuum affectionum cum linteis calida effumatione croci , baccarum lauri ,

(1) De curatione Autorum .

(2) Libro de coacis Syderatis , & hemorroider auctore , ſtyle eft .

(3) Lancifus Tractatus habentis moribus in hemiplexia ſanguinem extrahit ex parte patrallyca laborente .

lauri , & fuccini imbutis , laudabilis erit unctio (1) ad vertebras uſque pervenientes , ſcilect ad laborantium nervorum originem , ex aquali portione olei rutacei , de capparibus , felis ſecundum Forefum , aut ligni Heraclci ſecundum Rulandum , & pinguedinis humane , aut faltene muris montani (2) , vel denique ballani peruviani cum vitello ovi difolleti , aut unguenti ſaponis a Cratone deſcripti , addito ſpiritu formicarum , aut lumbricorum terrefriū , vitatis ſemper ſtimulis fortioribus in partibus labrantī regioni proximis , ne ſpiritus , tubis corrugatis & clauſis , in explodivum orgaſmum excentior ſalvo preterea ſemper clyſteribus , & ſuppositoriis ſubducta .

Et quia in arduis morbis , & curationi reluctantibus majora ſemper tentanda fuit ; idcirco licet temporis conſtitutio integre non arrideat , attamen fomentationes (3) (4) , balnea calentia , ſemicupia magni eſſe poterunt emolumenti , per quadrarem , per ſemihorā , per integrā , ſi lubet ; habitu ſemper refreſchi ad cubiculi tempeſtē , ad exhibidi methodum , ad vires , ad eventuum vicitudinēs , prout dirigenti experientilimo Clinico videbitur .

Ulterius eodem momento animales ſpiritus erthinis ex aceto ſquilli (5) ex ſucco ruta ſylvestris , barbae hircine , & caſtoreo ſternutamentis (6) excidunt fanti , alſabre partes affectas terum comprendit (7) docente Ceflo , friſando (8) , urticando , conſtrinendo , moxque relaxando , itau inverſa hifce , & oppoſiti preſſionum motibus , thermalibus , ſi lubet , & ubi datur comoditas , adjuvantibus Diva Helene lutis , interno obſtante oſium aggere , interjecta caro , & vaſorum omnium congeries diuerſim agitetur , acida cruditates preterfluant , humectata fibra relaxetur , feriantes anaſtomofes refurgent , remociſe obſculati , animales ſpiritus ad ſenſus ; & motus munia revertantur . Cumque ſecundum mentem Hippocratis (9) , qui trocicos alhandal , & diagridrum praescribat ventriſlus medicaminibus jam

expia-

(1) Nares quoque , & futura coronalis poſt tanti ſummo digito in quinto effluſia refraſt intulit .

(2) Hanc Lancifus pag . 96 . mille laudibus extollit .

(3) 2. Utrice ma.m.iii. Camomill. m. i. fen.

min. 2. i. f. i. ſi. pif. omni. probe in mortario , & docet in uirili humectante ſuare . & cœquio do-

cendo habentis max . & ſeruentur .

(4) Joseph de Peys in ſuis Conſilis Medi-

ciis bacis lauri , juniperi , foliis roſmarini , falvi , & ſemibus ſinapis recētibus ; vina-

ces , & ſemibus ſinapis ſeptemſyllabellae .

(5) Ut Platens docet .

(6) Hippocrates tractatu de Morbi .

(7) Lumine ab Hippocratico experimentis da-

doꝝ dicuntur : Fixione , & veſtimentis ſuam

corpi ſi leui , molles ; ſi multa , ſuaria ; & moſta ,

ſuaria ſuaria ſuaria .

(8) De Remediis Med. 27.

(9) Tractatu de Morbi .

expirat primæ vis faint, idcirco non incongruum erit ad aquam fibram confugere, nimurum ad decoctionem falsaparilla, iuxta arteria, avenæ, falsafras, florū anthos, calendulae, fabina, si utero laboraret (1), majorana, & paralyſis, additis in parva dosi (2), & in petia ligatis antimonio crudo, & lapide pumice. Cumque prima indicatio in eo præfertim posita sit, ut fibrarum & utei omne genus proclivius oscillet, seque innato elatione vindictet ab interjectis hinc inde morboſis impedimentis; præmiti poterunt fummo mane, ante descriptæ decoctionis haſſum, pilule ex pulvere viperino, bezoar, & calybe præparato, atque opere elyxis proprietatis Paracelsi in bolarem formam redacte, in quarum uſu perfidere debet per dies trinquantæ; & quoties purgantibus interfinalis tubæ mundandus erit, poterunt feligi pilule de succino, aut de hiera (3), aut pulvis corachini a Lancio quam maxime laudatus, aut hermodilatae, cocheleatum interdum, & ad præservationem capiendo tinturam auri absque menstru corrosivo paratam, oleum succini in aqua florum tiliae, aut mixtum antipopleſicam Langii, præcipue ex aqua peoniae cerasarum nigrorum, ſpiritu fanguinis humani, & syruſo de canella, aut, ut docet Hippocrates (4), aquam mulfam.

Uatur ægra vičtu tenui, carni buſque aucupio conquifit. Quando poterit, amet matutinas deambulationes, quæ Hippocrates (5) vocat attenuantes; quia motu corpus calefat, & humiditas attenuatur, & purgatur partim per ſpiritus ac flatum, partim vero emunigatur, & excretatur; Denique interdum bibat, ut præcipue Pompejus Saccus fauet, muriam brasitæ capitatem cum cornu cervi.

## OBSERVATIONES

### IN APOPLEXIAM.

#### I.

2. **A**ut ob fanguinem in omnibus arteriis quiescentem, ut opinantur Fernelius atque Hippocrates; aut quia corpus quiescat, & torpeat, dum fanguis non moveretur, ut olim fenerat Galenus;

(1) Tinctura granorum fimbriæ, aqua natraria, ducus in hoc caſa ſummoſe ludentur.

(2) Haſ. n. 21. Trallius Hudat.

(3) Libro ſecundo de Morib. (4) Libro de Dieta n. 27.

(5) Non obviā eatur Celiſi documenta, qui

nus; vel demum propter certe haud diffimiles cauſas miferos Patientes ſemifyderatos infelicitare cadere, veriſimile non eſt, licet Fracſatus ex anatomicis experimentis ab eſuſo, & coagulato hac illac fanguine idipſum conſirmaverit. Enī vero, cum in quotidiana praxi multoſis ſtupem obſeruaverim, abſque ne mihi quidem pulsus mutationes, apoplecticas aggradiſimē ad ultimum uiqui diem produci, ambigere, meumque aſcenſum in re tanti momenti penitus cohære coactus ſum, ratus, viſas in cadaveribus (1) fanguinis concretiones in cerebro, atque etiam in præcordiis, certis quibusdam accidentalibus, & mechanicis fecutiſ poſt mortem eſſebus, effi tribuendas. Quomodo enim poſſunt leſefere liquida, & in internis canalium majoris uſu parietibus quietere, abſque eo quod pulſum vibrations ne hilum quidem immutentur? Quomodo tota, aut pars oblongata ſpira comprimi potest sine obſtructione, sine tumore, quemadmodum accidit in omnibus, quaſi dixerim, fyderatis, in quibus circa occiput, circa coll. vertebras, circa paralyticis partes nulla coloris mutatio ſe prodit, nulla macies, nullus dolor, nullum latens inimici velfigium?

Antequam propterea Præcīti de Attonito judicium ferant, non pecud more, leſefentem fanguinem ſemper tantummodo decantent, fed & meditentur, querant, obſeruataſque ab expertis Anatomicis cadaverum fectiones perſcrutando vident, num, non intra univerſas arterias, ut magno placui Hippocrati, fed ſuperiorum tantummodo intra meninges (2) aut cerebrī anfractus (3) cruror, reliquo incolimi exiſtente, extravasatus lateat; an vero portiſim moris cauſa in thorace deliteſcat (4); num vero ſit calcuſa gypſica concretio (5). Videant, an generato abſcelli inter meningum intercapdines, enormi interdum præuenit cephalalgie, (6) cerebri medullarium oneretur, & ſpiritus animales comprimantur; num vero cerebrum aqua clara, & perficiua cum Marcello Donato, aut craſha pituita cum Horſio (7) refertum fit. Querant, an ſolennes evacuationes ſuppreſſe, an epitiatorum uilius & ebrictantes

(1) Vide Epiphilem molliam ad clariflum Vitruv. Andream Pata.

(2) Ut perbelli noſt. Fridericus Hoffmannus in fectione L. caſa 15. Quibus ex venaſis hominis impulſa ſolitaria præmoxit meningi, vena retinaculo, ſeque extravasatu eror ſigillat excepit.

(3) Veſperus in denato ab apoplexia reperi in lacers ventriculi duis lobis fanguinis ex-

travasat. In Ulořit Appellacione p. 24. Vir Paulus Valerianus in mox edita binis Obſeruationibus nitidissime offendit.

(4) Veſperus has citat.

(5) Calix a Vivillo obſeruatus in Pathol. et morib. caſa 2.

(6) Obſeruatione Anatomica .

tes præcesserint , anque virulenta siphylis (1) , vel scorbuticum miasma fluidorum mixtiones perturbaverint . An denique , luftrato per sedulum Chirurgum externo ambitu , hydatis , fecatoma , scirrus , vel morbosus alter tumor eminat , qui pari ratione de eadem interna causa admonet . Et quoniam post hæc & multa alia , que , utpote nota , tædet recenter , de difficultate morbo curationem vix admittente agitur , sedulo videant Practici , ne tot tormentis frustra agros crucient , imo potius incubante monitis Medici Veronensis Clarissimi Rotarii docentes , apoplecticos infusiles non clanculum , & inopinato homines aggredi , sed suos habere prodromos (2) , plurimaque attonito morbo præire signa (3) , quibus fatalè clasicum denunciantur . Illis propteræ non per hypotheticas theorias , & involutum questionum ambages , sed prope lectulum , penitus lectisque hac præcipue in re operibus Lancissi (4) & Vvepferi (5) , curatio præservativa , que antecedentes caufas averruntur , instituenda est .

## I I.

3. **V**elim insuper animadvertisca prædictæ Medicinæ Tyrone , alteram etiam esse posse , imo interdum esse attoniti morbi caufam , eti a paucis descripta haec ipsa fit , & a paucioribus credita . At flatibus namque aliquo in viscere adeo adactis , & tumebentibus , ut induatur solidi natura , imo sifupictræ elatice pneumatica vis , aut compresæ fanguiferis tubis , aut quomodolibet viciose modisficiatis nervis appendicibus tollit , vel perturbatur irradians spiritum animalium commercium , & ecce flaves , cum sensus , & motus abolitione . Quia de re vigilent , ne infelix Æger cum artis decore paret .

## I I I.

4. **C**onsiderandum illud maxime est , quod in denatis propter Hemiplexiam obseruant Anatomici in dexterorum scilicet artuum syderatione finistram cerebri substantiam , contra vero dexteram in syderatione finistrorum laborare . Hoc polto , topicæ præcipue remedia adhibenda esse , terenerationeque oppositorum lateri esse admovendas , nemo , ut puto , jure negabit .

## HIS-

(1) Gummam enim diuinam Apoplexia causam in libro Bregmatis videt D. Gorst Schobanus , referente Vvepfero pag. 508 , in *Tiburtii Apoplexies* .

(2) Vide Chirurgiam Joannem Langum in *Tractatu de Apoplexia* pag. 52 .

(3) Scrutinabur ab Hippocrate , libro de *Caesi , caufa , & signis syderationis* , nempe *terperi , & febris syderitatis præter normam febris* .

(4) De Subitanis mortibus .

(5) In *Historiis Apoplexiarum* .

## HISTORIA II.

EPILEPSIA IN MULIERE 25. ANNORUM  
EX MERACIORIS VINI ABUSU .

5. **S**uffocativus stertor cum respirandi difficultate , animalium suffumosa quoque lympha , que semel atque iterum ex ore erupit , sotonicum & epilepticum morbum in N. N. 25. circiter anorum complexione calide , & humida , habituque plethorici , designant . Quia tamen præcesserunt fedentaria quies , corporis plenitudo , & vinozæ ingurgitationes , conjectandum est , non idiopathicam esse agritudinem , sed sympatheticam , hoc est , a ventriculo , ubi labefactato prime coctionis magisterio , sensim infarctis & distensis chylolympicorum canalium ordinibus , acidarium cruditatum malla in fanguinem devoluta est , quæ circulationis legit ad anima lararium , ad glandulas cerebri corticales , atque ad gularis basim delata , ibique fermentans , rarefcens , maioremque occupans locum , spirituum animalium irradiationem , & medium intercepti : & ecce gutturis intumescencia , ortophnoica respiratio , artuum lapsus , & quod rei caput est , morbiisque diagnosim confirmat , nulla in nobili Ægra tantum aerumna post paroxysmum recordatio . Et quamvis , post enarratas caufas , etiam de uterino fermento dubitari queat , utpote quod , medias is rubris , & albis venis , aut nervois surculis hysterica miasmatu ad capitum arcem mittere potest , ac diffundere , nihilotamen minus , cum nulla adhuc hereditaria labes , catamenia fluent , morbus fit in principio , atque ex cognita origine dependat , fausta Apolline tolli posse credendum est : dummodo tamen Patiens ipsa velit , obediat , seque ad oblatæ paratam exhibeat . Triplici itaque tempore Medica ars open ferre potest . 1. ad præservationem , 2. actu paroxysmi , 3. veris tempore , & methodica curatione , que morbum radicatus tollat .

Ad præservationem in primis quod attinet , nullum utilius medicamen excogitari , nullumque inventiri merito atque optimo ju re mihi posse videtur , quam ut Ægra a vino penitus abstineat (1)

necc

(1) Legatur super haec Consultationes Archiæ . Ali enim : *Commendo in primo luglo il V. C. Joseph del Papa olim Duxi Henrici già intrapreso rimessa della totale officina del vino* .

(1) nec *vires mero* (2) provocet (3). Et enim, cum ab atro & lentecente sanguine jugulares præcipue vene sensim sine sensu, quandoque iœnu oculi, & contestim infarciantur, atque glandularum, & fibrarum ordo, & pellicea hinc inde interstitia mucosis aciditatis imprægnantur, certe quocties tartareum, acidum, & quodcumque narcoticum, si mavis, vini gas circumcantes humores inficiet, ejusdemque inflammabilis spiritus secum nervorum, bilisque principia in orgaſmum excitabit, si et proculdubio, ut, impedito in jugularibus, & cava fanguinis reditu, fatalis strangulationes contingat, atque de majori herculi (4) morbi gradu, hoc est, de paralyſi, & cava fanguinis reditu sit dabitandum. Hac propterea funefiſtima pericula evitentur, neve, quæ Aretaus (5) ministrat, eveniant, aquæ potu dominans acidum solvendum est, sanguinis aëris temperandus, similem lentor, atque vifiditas attenuanda.

Tenui infusæ viæ, facilis felicit distributionis, Ægra utatur oportet; & quandoque ani lubricitas fervanda est medis pilulis ammoniacalibus. Quod si recidive metus, *convulsu* scilicet, ut cum Galeno loquar, non perpetua (6) formidetur in proximi coli mutatione, aut oppolito planetarium majorum aspectu, aut denum Lelape turbinis mintante ( quo tempore humanus genus majoribus agitationibus premitur, praesertim in morbo, qui lunaris dicitur ) optimum erit, vitio semper aere pluvio, & nebulo, non ita pridem ventriculum superius exonerare media t. i. s. vini, aut oxyxenii scilicet, in iure diffoluti, aut t. ii. infusione croci metallorum, aut hercule Bo-vii (7), superbiberendo haustum tepidiusculum juris hordeacei.

Eodem vero paroxysmi momento, suppolitoris carminativis inferius emulsiarium aperiendum est, & tumultuantes spiritus coercendi, lentiis in utraque coxa frictionibus, quinimo eucurbatibus, si lubet, humorum defensum promovendus. Neque nimis hastare oportet circa sanguinis missiōnem (8), præcipue ex cephalica, prouideque ex saphena pedis pro circumficiantiarum varie-

(1) Id aperte docent Paulus de Re Med. 23; Aetius Sermons 2. cxxv. 13;

(2) Ut etiam Hippocrates NCV. *Quae fermentata etiam, dannata, post mortem variolosa, ut videtur est in supermitra Hippocratis Editione, folio 10, & cura dochimini Viti Joannis Baptista Paioni, qui eandem Praefatione ornavit.*

(3) Intervi animadvertere, Hippocrate Lib. 2. & 3. de Mahr, & plurimi alii loci,

ebrios esse ob ebrietatem mortuorum, ministratum esse.

(4) Sic Epileptam voca Hippocrates in Epi-

leptam, & dicitur, fastidio variolosa, ut

videtur est in supermitra Hippocratis Editione, folio

10, & cura dochimini Viti Joannis Baptista Paioni.

(5) Joannes Langus Tomo 3. pag. 34. &c.

enit, Inquit, fluxus sanguinis profusus est.

(1) removere; & tautum stagnantium ichorum motum sufficiare, itaut in axim felicis coenitibus arteriis, & in maiorem elaterem vindicatis oscillationum momentis, massæ sanguineæ circuitus aut felicis reciprocet, aut excretoria incrinicata occurrant, per que morbo recrementa possint.

Veris autem tempore curationis cardo, qui morbum radicitus elevat, videtur confidere in tollenda vasorum plenitudine, in roborandis flomachibus rugis, capiteque firmando. In hunc autem finem confirmatis, que diximus circa sanguinis missiōnem, extorsojus subinde medicamentibus faciles faburæ eliminandas sunt, si verum est quod diarrhaeas paralyſim solvat, & intestinalis tubus mundandus plures eff pale Anglico amaro; mox comedie die, & subinde bibita aqua tetuiana ad duas libras, si lubet, pro vice. Quibus peractis, syrufo cachechico Ferneliano decoctione agarici actuato, alternis vicibus per epicasim vasorum infarctus solvendi sunt, lensorque attenuandus; sumendo impericarabilius diebus tinturam martis tartaram, aut fibrum diaforeticam in decoctione cichorei, hepatica, capillorum veneris, & marrubii. Quando de imminute pinguedino glutine, atque referatis glandularum, fibrarumque obstrunctionibus, deque restituta solidorum vi, & circumcubitibus fluidis confabat, firmandus erit partium tonus opportunitis cephalicis, & specificis, inter quæ ( levi prius facto corporis motu, quem Galenus laudat, & gestato etiam crysolito ) summopere laudanda venient conferua ex floribus ruta caprariae, cinnabaris nativa, torismarini decotum (2), pulvis guttæ, unguila Alcis, rasura eboris, radix peoniae (3), gal volatilis viperarum, & crani humani, & flores paralyſis. Æqua rationis lance, attentoque animo perpendit aditans Professor, an aqua hedera terrefris, vel paronychia (4) cum foliis ruta, aut mineralis ex valle Solis, ardente firi, utilis effice possint, & quidem præcipue si morbus a jecoris fervore, ut Prisci credebant, penderet; & utrum in cura coacta ad mentem Lancifii (5) frontis venas, aut jugulares fecare interfit.

## B

## HISTO-

(1) Signa fectionis viæ indicantia defec-  
bit Mardi Hippocrates Lib. de Med. n. 7.

(2) Procedere cantharidum, & cibis, & ten-  
to igne factam B. M. cum effientia callo-  
ri in uim possum, primo ventriculo.

(3) Peonia radice semper vinum alteran-  
derunt.

(4) Osteaque summopere lauda Joseph del  
Papa in his Confutationibus pag. 78. 79.  
(5) Tractatu de Solitaires mortis pag. 89.

## HISTORIA III.

EPILEPSIA A NIMIA INGLUVIE IN ADOLESCENTE CUM RESPIRANDI DIFFICULTATE.

**N**obilis Adolescens annorum sexdecim, constitutionis calidae, & humidae, habitus ultra satatem carnosus, ex fanis Parentibus genitus, vix exacto lactationis curriculo in magnam ecclidem abdominis intumescientiam, una cum verium tumulatu & exitu, curatissime fuit antehelminthicis, laxantibus, & clysteribus, donec cum vita periculo, quintum annum agens, virulentum variolarum eruptionem pafus est. Præcipius tamen ipifarum quantitas circa oculos, genas, orifice labia adeo in subfratis carnosis interstitiis hæfit, & lasfit, ut corroſis veluti & corrugatis fibris, importuna cicatrix eremerit: ex qua proinde, aliquibus procatharticis caufis instantibus, in promptu erant totius faciei, & præcipue oculorum rubor & inflammatio, itant tribus ab hinc annis spuria ophthalmia in dextero laboraverit, & tertiana febri corruptus fuerit, ope deinde corticis peruviani felicitate foluta. Post hoc, cum adfantes Medicis obſervarent, vix ex fommo exasperato, utrumque oculum veluti accentum, & fanguine ſparsum turgidum micare, aſſiduæ potum aquæ Agro confundere autumarentur. Interesset temer tamen famelicus, & vorax, & quaſi dixerim, ſi fine cibo, lungen, aucha ſemper in dies valorum plenitudine, iterum & ſebri, & dolore capitis cum enormi vomitu vexatus, tandem menſe Majo proxime clapo, post ſeptem paroxysmos ſecta vena feliciter convalefcere vixit.

Verum dum primis Julii diebus, poſtquam coenam, quarta noctis hora, fomnum capere intendit, violentissima reſpirandi difficultate (1) corripitur, cum tali ſtertore, strangulati, & clamore, ut in remotis uisque magna domus cubiculis adstantes domeſtici excitati, & acciti, ac de Sacramentis potius, quam de medicina follicti, conlamentati jam effe Agro, credentes & lugerent. Contortio etenim oculis, pallidus, atque adhuc ſtertans, & ſuffocatus, proindeque alto ſopore decumani non responderet, non auxilium petere, minilque agonem ſuum narrare poterat. Tandem, fed lento gradu, ex ſuffocati-

vo

(1) Ut ait Galenus 4. de Locis affectis. In comitatu maxima adſit ad apacem diſpofitio-

## MORBORUM:

11

vo paroxysmo, ope ſpiritus meliſſæ, aliorumq[ue] ſpecificorum, exercitatus, & revivificere, & proximos noſſere copit: cumque ex magna acerborum ſicorum ingurgitatione morbus & promotus & auctus fuerit, ſic purgantibus, clyſteribus, & fanguinem attenuantibus, interjectis aliquoſ ſpecificis præſervativis, curatioris opus tentatum eſt. At reniens Agor, atque ab urbe difendens, Medicis artis ſubſidia detrectavit, priftinæque voracitati ambas malas addixit.

Oſtava itaque praefatis Septembribus, quartaque noctis hora, redit iterum ſuffocatus ſtertor, erecta tantum cervice ut in ortophnoico, reſpiratione permittens, & per horæ quadrantem perdurans, cum aliquo filoſe, & alba ad colorē purpureum vergentis materie (1) per os exiuit, una cum tumefacto gutture, & ſuccelfivo lethargico ſopore futuri paroxysmi praenuncio i quod itidem accidit hora decima, cum catarrhalis inſuper amarum, & porrace bilis vomita. Quare appofito clyſtero, vena ſecta fuit cum exiuit accensi fanguinis. Nihilotamen minus prope meridiem tertius, & tercia hora noctis quartus paroxysmum iterum in promptu fuit, cum ſubſequenti per noctem corporis ſubſultu, dentium ſtridore, pulsu tardo & inequali. Cumque in ſtatu etiam naturali in bilem pronus fit, ſoetidus halitus ab ore quandoque expiret, filamentosa materies dormiendo effluat, & per narcs graveolens expurget, opinari facile poſſumus, ex ventriculo ad caput, & contra, primaria pertinacis morbi femina impetrare.

Quibus quidem symptomatis, ſuffocatum orgaſmum concomitantibus, accedit ſolenne phænomenon: videlicet morbus inopinato, aut in fommo ſemper evenit, coque vix clapo, latata aliquatenus ſolidorum compage, & refutata reſpiratione de actis Agor rationem reddere nequit, juxta illud Sennerti: *Auge inde poſt paroxysmum Agor nihil eorum, qua circa ſegeſta ſunt, recordatur.* Ideoque cum Carus (2) & Lypothymia non tam facile cedant, aut redcant; Tetanus facultates principes non ledant; ſyncopa vero, una cum membris algidis, ſudoreque frigido, procedat; probabilis propteret adhuc conjectura, quod licet non adſit puluis robustus, & frequens, attenac recurrit usque in praefens per quinque vices, infulfus ad co-

B 2

mitia-

(1) De fangiſi milione 12.

(2) Quem Graci ſoporem, veterum La-

bet, ita ut ſe pugnetur, nihil riferuntur, nec  
paralymni imaginacione Galenus de Sym-  
ptomiatis, dicebant.

mitialem , & fonticam indolem in juveniam faciem ; quam affectum Paracelsus vocabat , inclinet . Quoniam autem in variis abundant opinione clarissimi etiam in practica Medicina . Viri circa hujus morbi originem , idcirco cum Tachenio , Villiffo , Sylvio , & Paracelso a dominant acido non minus in sanguine , quam in tota liquidorum massa , diri affectus femina in motum poni , & augeri , cam repetendam puto , ut peribelle in casu nostro memorat doctissimus Ettingerius illis verbis : *quia affectus summa voracitas resis copiosi acidi* . His positis , cum quotidie semper magis saginato ventriculo , prouindeque dientis chylolympicorum , & meferiacorum canaliculis ordinibus , auchaeque nutritione , cum glandularium , & utriculorum omnium infarctu , & tubere , pericit pedentem organorum cum fluidis aquilibrans propria , & intumuerit in dies fibra , amissa semper magis solidorum vi , ad gula praeterim basim , & annexas appendices morbofum fieri debuit impedimentum : quippe tunc vel major inhibi fanguinis in jugularibus , & carotidibus quantitas angustiae vaorum non aptabilis , concrevit , vel pulmonum motus in inspiratione & expiratione inducias non patiens in compresilis , tumefactis , aliwo modo modificatis trachea oscillis , exequi non potuit : vel denique impedito ab enarratis causis spirituum animalium influxu , ab explosivo ioforum elaterio strangulatoria convulso contingere debuit . Sicuti propterea , magno docente Hippocrate , hic morbus ante pubertatem curationem admittit , tanto magis in casu nostro , si adolescentis ad oblatu pronus erit , & junctus dabat Medico manus : quia morbus hereditarius non est , fumus in initio , causa patet , acidum feliciter dominans , plethora , & vaorum omnium plenitudo : nec comitiales , docente Galeno (1) , statim perfectissime invadunt . Ob id Medicus artis molimina co dirigenda fuit , ut intestinalis faburra medicaminibus eliminetur , meferiacorum infarctus aperatur , sanguinis , & lymphae lento attenuetur , acidum surgitur , & specificis atque praeservativis remedis , dirae affectionis feminiū adeo abolatur , ut humorum circuitus , & clasticā solidorum vis reformetur , & vigeat .

Extra itaque paroxysmos omnia paulatim agenda fuit ob ternellam adhuc extatam , omiflis secatas , vescantibus , & fonticulis . Sic iterum fecandam esse venam (2) opportunum du-

(1) De Locis affectis 7<sup>a</sup>.  
(2) Si sunt Epilepsia , paraplexis &c. ve-

nam confidim ab initio ferre appetit . Hippo-

crates .

rem , ex saphena etiam cum Galeno (1) , immisiss frequent clysteribus ad alvum subducendam , frictionibus quandoque & per diuvis sanguinis circuitum ad inferiora promovendo .

Ad fontem vero pharmaceuticum quod attinet , ficii vigente flertore , aquis theracalibus , spiratu melifice , & volatilibus salibus ex succino , & urina paratis , praefervim opus tentatum fuit , ita subinde purgantibus & tartareis , ventriculi rugae , & intestinalis tubus mundanda sunt . Et licet in postrimo morbi lumen mollia taetique cedentia videnter naturalia videra , atamen magna apparuit flave & porracea bilis quantitas : propterea oxymellite Benefici Quercetani humorum attenuatio , & exitus promoveatur oportet (demptis tamen guajaco , & rasuris) additique herbis aliquo hepaticis , & cephalicis , ex quorum sane replicato ufu , & corpus detumescere , & vultus pallor abire , functiones animales reviviscere , & urinarium lotum ulterius separati vifa sunt . Insuper per aliquot vices matutina ejusdem portatio laudem mererbitur : tum transitus facilius erit ad pilulas melanogogas Lancellotti , ad cochias cum helleboro , aut de nitro Alexandri : vitatis semper mercurialibus , quae adutte magis arata convenient , & utpote nervoso generi infensa , & pyramisimum quandoque producentia , neque per partem affectam evacuare tuncum . Stibium diaphoreticum , & aqua sibio conferta , fata tamen diluta , magni effe poterunt emolumenta ad motum lymphis , ad robur solidis conciliandum .

Dum haec sunt , aromaticis volatileibus , spirituum animalium circuitus promovendus est liquorre cornucervi succinato : adhibitis praeceps , que specificie ad præservationem convenient , nervosum systema reficiunt , & capiti profund : ut sunt anagallis , flores tiliae , radix peoniae , & valeriana sylvestris , lilium convallium , & similia : item pulvis ex catellis in furno excicatis quotidie fumatur , unguila Alcis etiam in annulo geflata , & tot alia , que eruditissimo Professori innotescere facile posunt .

Victus ratio sit admodum tenuis : cumque post bibitam per biennium aquam morbus invaluerit , fortalce quia eius ufo flanchi fibræ flaccescunt (quod certe primum morbi semen est) acidum non habetur , & voracitas fortalce augetur ; idcirco vinum , in pauca tamen quantitate , semper aqua dilutum efficiens erit pro inflaurans fermentis , ut facilis oscilant , & humores in orbem movcantur .

C O N S U L T A T I O  
VIRI CLARISSIMI  
F R A N C I S C I N I C O L I N I  
Super modo relatam Spafni cardinac five Epilepsie  
Historiam ad Autorem data.

**O**MNIA ad morbi historiam ejusque Ethiologiam, atque Therapejam spectantia, pro egregio Adolescenti plenissime exarata sunt, recteque adeo, Vir Cl. constituta, ut quid addere quisquam valeat, profus ignorem. Quia tamen in rebus problematicis, si que proinde morbis, quorum causa, utpote interna, summa obscuria est, tenebrisque undique circumclusa, si quid occurrat, quod rationis, Antopis, & causarum agendi modo faveat, vel minimum possit, ingenui animi est in medium afferre, patre Vir Cl., ut qua hac super re animadverteatur potius, tibi paucis exhibeam.

Observeo igitur, Nobilissimum Adolescentem in omnibus paroxysmis, quibus affectur, alto adeo sopore immergit, ut non solum sentientis, intelligentisque anima edat nullum plane tunc actum, verum etiam ut neque ipsius paroxysmi poesia recordetur, deque coe leviter quidem deinceps meminerit. Huiusmodi idcirco paroxysmum non verum somnum, ut volatis Arijs, sed metaphoricum potius appellandum puto : eclipsi est enim, in qua functiones omnes interiores absentur, ut pafim in fortis Apoplexia, semper vero in agravali comitataisque morbo contingit, dicens Galeno (1), in eo confitere Epilepsiam, ut sensus omnes, & intellectus perdantur. Sic Ibsrandus Diemerbrochius vocat Epilepsiam senium, mentisque interceptionem (2). Hoc tamen genus Apoplexia Epilepsiam in hoc cau preferre videtur, ob oculorum felicet contorsionem, dentium fridorem, manum, brachiorum, & dorso inordinatam commotionem, quippe quo convulsiva cum sint, veram Epilepsis differentiam constituant.

Alia tamen fuere accidentia, difficultas nempe spiranda cum suffocationis metu, stertor, strangulus, imo & gula tumor : quae licet familiaria sint Epilepsia symptomata ex convulsione pendentia, gula tamen tumor, & ululatus neque semper, neque ut plurimum in Epilepsia contingunt, scitu neque vomitus, qui viridescentis materia sunt. Horum itaque ratio, & origo ab inferioribus facile peten-

(1) De Natura hum. pag. 52.

(2) Histor. XV.

petenda videtur, & ventriculo scilicet, palmone, & corde spasmatica contracione affectus. Ex sanguine quippe per pulmones lentius ad sinistrum cordis thalamum progrediente suffocatio oritur, quemadmodum etiam pulsus profundus, inaequales, & duri ; eodemque tempore violenta acris exprefio tum a vesicis pulmonaribus in frietam Larynxem impedit facta, tamquam per fistulam expirationem sonoram, boatum, & ululatum parietibus, & leviter tunc eo magis suffocatione ab estante sanguine, ob acris, & elateris defecitione. Tali angustia sanguinis per cavam, & jugulares in subclavias descendens impedit manifesum est, unde oritur gula tumor, tum alienatio, motusque convulsivo in oculis, brachii, & dorso cum fridore dentium. Hac cum ita se habeant, manifestum puto, comitalem morbum effectum jacti est & produxit, ob symptomata, que recte cardiaca convulsiva dici merentur : hoc est Epilepsia per consersum ab affectis partibus hisce interioribus, præcipue ventriculo, ubi prima efficiens, & materialis causa lateri. Morbi ergo initium, tanquam immediato stimulo debet acido-acri in ventriculo congefo, docet virgescens, & vixita materies vomito in secundo paroxysmo per digestum genite a variis, & multis ingefis, fructibus praesertim fugacibus, & immodicis officiis potionibus, laxiori existente ventriculo, & ad elasticas contractiones minus tunc apto. Hinc factum est, & deinceps fieri posse arbitror, ut flagra hoc acidum ad turgescientia cum bile evulsione circa plenitulum præcipue ( quo tempore corpora omnia sublunaria paffibilia subtilis materia impetus, & pondere majore Lunaris globi connoventur, agitantur, & astolluntur magis ) cum productione morbi crevunt, & impotenter satis curari haud possit.

Audiamus Fridericus Offmannum (1) inter ceteros : acida ingesta ( inquit ) & diutius retenta, ipsa mera pejora fiunt, & comixtione cum biliofisi succis valde corrosvam, & virulentam naturam induunt : ita ut nervas ventriculi, & intestinorum partes exquisitiissima, & tenerissima sensationalis, quae cum toto nervorum genere contentiunt, arrorendo gravissima symptomata suscitent.

Sed preffus Prosper Martianus (2) rem tetigit, & descripte cum ait : Idque adeo hujus humoris ( acidi nempe ) proprium est, ut raro caput per consernum a ventriculo dolens invenias, quin actuosa in eo confiistant, & qui epileptici motibus sunt sujecti, a symptomate corripuntur cum acida in ventriculo peccant id

(1) Pathol. part. III. cap. 3.

(2) Not. in Hippocratem pag. 382.

id enim vomitiones subsecutæ palam faciunt: *huncque ille. Quia omnia ante omnes novit Hippocratis lib. de oet. med. ubi specimen daturus symptomatum in Nobilissimo Adolescente primo ingrediuntur ab eadem causa, hac habet: Quos acuta, acris, ac seruignosa bilis (sic vocabunt antiqui bilem vel porraceam, vel aragonosam quando acido in fluentem posita plus, minusque fuit acris & laxum ad acredinem, & turgescientem jungenter) affigit, qualiter mox rabbies, & morbus vicerum, ac pectoris & delperatio.*

*Quapropter ubi primum in stomacho a turgescente, & exaltata visceri, & acido-acri-materia membranaceum corpus irritari cepit, & conceptum irritationem latine diffundit, exagatius spiritus intra surculos vagi parvis fibras eorum validius inflatur, ac successivæ explosiones quadam in fibras tendineas, tunicam interiorem bronchiorum, & vesicularum tum pulmonis, tum larynx componentes, irruendo, illam carum partiam crupaturam, & spasmodicam diathesim effecturus, quæ aer exprimitur per angustiorem factum laryngis hiatus, unde si ultulatus cumque pacius inspiratione admittitur, sanguis stagnat, aut lentius per pulmones excurrit, unde orthopnoica respiratione efficitur, sereque suffocatio. Hac eadem causa est, cur constrictio cordis lacertis, illius dexter ventriculus, utpote angustior, venientem sanguinem a cava, & jugularibus minus admissit, sicque turgidis facti subclavis, cum ultra procedere nequeat, gutturas inflationem effect, hinc compressio major, sereque suffocatio, & strangulatus.*

*Ex hoc phenomeno valde malo, & periculi pleno, alter velut illius effectus, comitios feliciter morbus, emergit. Ex impedito enim sanguinis a cerebro celeri reatu, ab eoque in jugularibus flagnante statione, & inqualitatibus in vasis cerebri finit, illudque evenit, quod scribit Hippocrates (1). Sacer morbus fit (inquit) cum obstrunctiones multis modis circa venas contingunt, & sanguinis motus prohibetur, atque alio quidem loco conficit, alio lentius penetrat, aliquibi autem citius, quæ fane inqualitatibus transitus sanguinis per corpus facta, omnigenae inqualitatibus per omne corpus contingunt. Nimirum secundum doctrinam Hippocratis, autopsia & rerum seriei maxime consonam, sanguis copiofus intra dura matris sinus aggeritur, a flagnante in jugularibus vasorum plura, & inqualiter dilatantur; hinc nervosa fibra comprimuntur, hinc spastica contractio nervosa hujus membrana. Contingit propterea, ut constrictio, aut valide compressio nervis, qui ad sensu-*

(1) Hippocrates Lib. de Flatibus num. 21.

*soriae abeunt, somnis ille metaphoricus, sive sensuum omnium tum interiorum, tum exteriorum actus intercipiantur, aliquibus ex nervis, qui ad motus organa distribuantur, immunitis & contractiōnēs compreßionisque inqualitate exigitibus: in quos deinde veluti explosi spiritus, eas avium, & muscularum, quibus interficiuntur, contractiles dispensantes, succussions, & agitationes parvunt, que in Nob. Agro vīsa fuerant. Hinc concepta in origine sua spasmodica diathesis, forsitan major spirandi difficultas, suspicioſa, & cum stertore majori, apnoia, & saliva effluxus orinatur. Hac symptomatum syndrome maximi fatalis consenda esset, nec vitam protrahere posset Nobilissimus Adolescentis, si spes non aſſugaret, cauam, que morbum producit, declinandi. Sæpe enim sanguinis & aeris interceptio in pulmonibus: item extravasatio sanguinis in cerebro, vel salem valida compresio, & constrictio, motus quoque defruiunt, eodem ipso paroxysmico momento, Agrum abirent, quod ne contingat, in primis Agro cordi maximis insistant regule, quibus seipsum conflantissime dirigat, fōvent, & tucat.*

*Propterea quovis die & anni tempore, solo sit prandio contentus, & parca cena, cum aqua communi citrata, nec inter prandium, & canam sint comedentes illa, vel potus maxime spirivi dulco-acidi, vel quovis modo concinnati, & refrigerati. Nec in delicis sint herbaria, & fructus preferim horarum, & fugaces, non tubera terra, non acida, non dulcia manifeste, non aromatica, non salsa, aut fumo indurata, non obsonia, aut bellaria, vulgo parte di Monache, cuiusquamque generis, non glutinosa, & viscidia, qualis caro anguillarum, & omnium in luto viventium, non lac, nec latricina, non spiritusque quevis. Erit ergo cibus ex carne vistulina, agmina, pullorum, & avium in aere viventium, reliquo capite. Edulia sint eadem ex jure, vel butyro, atque esse poterunt oryza, bordum, farrum, vermiculi Apulientes, panis optime maceratus in jure, ova concusa, panis triticus tritus; ova tamen non multum laudo nec forbilia, nec elixa, vel in fastagine collta. Non tam a jejuno, quam a carnis abstinentia omnino liberandus est. Panem comedere non similaceum, omni pastu, sed quandoque ex tota farina presertim in prandio, cum corpus ab officio suo vacaverit.*

*Hac cautela, symptomatum recursus impediti facile poterunt. Utitur ante cibum vēctura, equitatione, ambulatione, & lufū parve pile, sed omnia citra laborem, animi egritudines, & somnum*

mann pomeridianum , nisi propemodum confectum , & quo tamen torpidus non resurgat .

Transendum modo ad indicationes , quibus usitit Medicus ad opera idonea peragenda , ad morbi cauam tollendam , ipsiusque effectus , & symptoma prevenienda . Cum igitur sancium sit , cauam proximam in stomacho progeni , & latere , qua ultra sanguinem cacochymnum acrem lento-viscidum parit , alia longe a paroxysmo , alia prope , alia in ipso paroxysmo , si contingit , agenda sunt .

Extra , & longe a paroxysmo purgantur video Nob . Agrum , iterumque purgandum censio , vere venturo , & fortasse altero , hunc in modum : 1. radic. enula campane l. t. radic. tamarije m. 6. fol. cicori. melissa. pimpinelle . veronica . verbe . abfint. fumarie aâ. parum f. decot. ad 3. v. add. chrysalitorum tartari s. i. m. bibat calidum singulo mane ad dies xx. singulo autem quanto die ut in prima , & ultima astundit ferre electa s. ii. epiphysi pag. 6. chalyb. d. ii. pil. de Hier. cum agarico s. i. m. f. inf. per noctem , tum mane expressio calida bibatur : sequenti autem tempore laudo , ut ante somnum sumat conditum ad magnitudinem pars nucis , videlicet : 1. conferv. rof. damast. sine acido parata s. iii. confervae abfint. pont. meliss. aâ. l. i. extract. calam. aromat. s. i. mitrid. 3. ii. spec. diarod. Abbas d. ii. m. & cum syrupo corticum aurantium sat conditum .

Advencit plenilunio , quarto ante ipsum die , mane infistatur vomitus singulo mense cum s. i. rad. hypocacuanne pul. superlibido jas copiosum pulsatulum , ut concepta in ventriculo acida materie fiat revulsi , & evacuatio immediata , siveque ventriculus elutrietur , & succusione quadam tum placis ipsius tum proxima intestina emundantur . Remedium erat ab Arnaldo Villanova , & plurimis aliis in epilepsia per consensum a stomacho commendatissimum , quodque ratio , & experientia comprobavit , id autem ad plures menses eodem tempore repetendum dixi , ut tum misma , si quod reproductum fuerit , exterminetur , tum ne characteres spasmoidici , epileptici a prateritis paroxysmis imprefci delectantur .

Suberto paroxysmo , si forte contingat ; nec salis volatilia , nec sulphura mineralium fixa , nec spiritoosa quoquis ad spiritus , & elaterium suscitandum , non nimis laudanda venunt , dum praefite stimulo & ex convulsione in pectora , cerebrum a sanguinis infarcta liberari non potest , unde major obstruictio , & compresio , eademque ratione deteriora omnia evadent . Laudanda potius suppositoria ex sapone gallico , oleo colocynthidis jnuncta , & sanguinis missio

missio eodem turgentis gula momento ex cephalica sinistra , tum frigiones circa ventrem , & extremitates partes , & corum permutaciones calide ex adipite humano cum oleo nucis miscitate , lezenda , & ruta ad quintuplam . Ventriculum tandem , ac caput ruborabit dectio theiformis hunc in modum concinnata , manu fiamenda calida exactis purgationibus . 2. radices valeriana syloegtris s. ii. fol. melissa m. 6. florula tilia pag. 6. fol. paralysii pag. i. corn. cirr. s. i. m. sorbicæ calidam . Epilepticos curare , ait Arnaldus , succum paralysis ad 1. i. cum modo faccari , & usu probatum , si per mensum singulo manu sumatur , & mihi per experientiam probatum est , usu decoctionis florum , aut herba paralysis , multos convalescere .

## OBSERVATIONES

### IN EPILEPSIAM.

#### I.

8. **U**pradicatis remediis , & praefertim usu vomitorii ex radiis hypocalcaria , a Clar. Nicolinio propofiti , & ante plenilunium per aliquot menses exhibiti , Eger Nobilis integrum refutatus est .

#### II.

2. **M**irabitur quis fortasse , me nonnulla in praemissis confutationibus scripsi remedia , que , ut specifica , videntur passim a Practicis adhiberi in Epilepsia idiospathica essentia , non vero in sympathica , cuiusmodi sunt morbi modo relati , utpote a ventriculo praecipue pendentes . Sed dubitandi occasio nulla erit , quando perpendat , artis conatus in id enti debere , ut flamina futuri morbi tollantur , & partium præservationi , quibus incumbere videtur materia morbifica , provideatur . Difficulitas siquidem in eo praefertim posita esse videtur , ut dum causa praefensis agitridinis tollitur , ad reliqua etiam omnia attendatur . Qualiscumque propter ea fuerit praedictorum comititalium causa , five nempe a voracitate , & nimio infarcti ventriculi onere pendens , five a sulphurea , & tartarea meracoris vini compotatione , illud tempus debet esse ante Medicis Professori oculos : I. Ut exsiccetur aqua illa pinita , que per nervosum genus transiuit illud humectat . II. Ut frigidus , & crassis humor attenuetur , ne in bronchiis , atque gula stertorem & spumam efficien-

efficiendo, flagnare posfit. III. Advertat, ne falina spicula circumstantes villos, & fibras divellendu, una deinde cum crasso humore, strangulationem cum tubere producant. IV. Ut superioribus phasis instabilitus providetur. Postremo curet, ut nativa in affectis partibus precipue capitisi, laryngis, & pectoris debilitas, que data cauorum actione, morboi apparatus decubitum in finu suo admittunt, crigatur, vivificetur, majorique polleat elascitare. Hec enim auxilia a prefata remediorum suppellectile pendentia si negligantur, morbus brevi recidivam minitabitur, & idiopathicus sit.

## III.

10. **U**lceris cum ratio scribendi ea potissimum fuerit, ut clare conflare, que sub hoc praefertim coelo, vita, vitan, quaque ad curationes recte influentias, feligenda sint; & cum hujusmodi morbus, ut diximus, portentosus, & terribilis appellatus, dependeat praescitum a constillationibus superioribus, atque ab infante, aut lapſa certa quadam coeli mutatione, sic quisque videt, summopere in hac regione examinandum esse aeris naturam, nec non adverfas, & interdum vel dominantes, vel ludantes boreas, austrique potentias, a quibus astrales hujusmodi morbi violentiae excitantur. Infante propterea autumno, intentur in hac regione aquilonares ventosi incursus, domicilia, ambulacula, ipsaque cubicula ab illis disfent, & per totam precipue hyemem in aprico, si posunt, degant Brizianii cives. Animadvertant præterea in adverso ad meridiem plano per amplissima spatia proteno, australi quidem flamina violenter animatam machinam corrugare, sed non raro, aut a palutribus locis, aut ab oryzarium fatione, aut a nebulosa ulla lignine enormiter conspurcari, ideoque a torpido cradoque aere, ob symbolicum genium, nervus fucus par efficiunt; a ponderoso ambiente, aqueis viscidis, hamatis, animatis, sulphureis particulis referro, internae lymphas augentur, assimilantur, comprimuntur, atque urguntur; unde oritur ictus, contumacissus agon. Nam tunc vel in gula freto promiscuus, ex opposita parte liquidorum motus intercipitur; vel vim faciente superiorum planetarum potentia, insti extheses moveri debent; vel denique, postquam sanguinis crassamentum, ejusdemque plano-ovalia constitutiva corpora, & precipue albi ichores, ad ultimum ex supradiclis, & aliis adventitiis causis comprehensionis

sionis gradum perverent (que pedetentiam absque sensibili morbo fiunt) necessario juxta mechanicas leges efficiunt, ut elatificates in quibuscumque compresillis fangineas massas particulis refurgant, & ex improviso instar pulveris pyrii cum fermentatione, rarefcant, extendantur, & cum spuma, fletore, ululatu, convulsionibusque herculeum morbum producent. Ob hanc certe, vel haud diffimilem causam, prout urbis positio evinit, oppidaque & vici, quibus Brixianus ager abundat, fiuadre videntur, fatis apparat, que meditanda sint, quæque exequenda, quia illa ab Auctoribus lux coruscare nobis hac in parte posfit. Si enim a frigido borea fibrosi canalium ordinis corrugati sunt, laxantibus, & emollientibus utamur oportet. Sin vero a crasto australi aere excrementorum apparatus in hematibus redundat, dilentia, attenuanta, nativumque elaterioris fibris redentia, & epilepticum insultum curantia adhibeantur, necesse est.

## IV.

*Ubi de tribus precipuis in Epilepsia remediis.*

11. **P**Rimum est, quod proponit Hippocrates, cum ait: *Aerem mutare commodum est in morbis*, si potissimum ab exarsis superiori loco caufis morbus proveniat. Necesse enim primo est, etiam illud *peffsum* derelinquere, quo *Agrum fecit* (1), & in dies renovat. Deinde aerem feligere *fabilsem*, ater, *elasticum*, particulis plerumque fuscis referunt, ut auctoritate Lancisiæ (2) innixus, non ita pridem in editis dissertationibus (3) locutus sum.

Alterum est, haemorrhoides aperire, aut fonticulum in infernis cruribus infigere; cum jam ab emisario, scilicet ulcere proprie talum sponte nato, ipsam Epilepsiam originariam, & ab utero matris contraclam, fanatae videbam.

Postremum denique comitialis morbi remedium proponitur ab Ernesto Friderico Heimreich (4). Est autem sericum bombycum opere factum, & per os sumptum. Putat enim Vir eximus, maximam hujuscmodi serico ad comitiale morbum dellendium inesse vim, ob copiam falsi alkalici, tum fixi, tum volatili, quo illud abundat. Id porro ostendere nititur exper-

(1) Cornelius Celsus.

(2) De Novis paludum effervis pag. 44.

(3) Brixie Typa Marci Venditamenti.

rimen-

(4) In Annalibus Physico-Medicis Uratida-

vientibus ad annum 1718. Cliffs IV. articulo X. pag. 69.

ritimenti in Regia Academia Parisiensi a Joseph Pitton perfactis; nam comparatione analysum salis ammoniaci, serici, & cornucervi instituta, majorem copiam salis volatilis ex serico, quam ex cornucervi separavit; proper quod facultatem cephalicam nervinam, & antepilepticam in serico reperiri contendit.

V.

*Sectio Cadaveris Hydrope, Desipientia, Epilepticis insultibus,  
antequam denasceretur Laborantis.*

12. D<sup>e</sup> 18. Martii 1741. dum Pataui aderam, accidit casus, ut a Sapientissimo Joanne Baptista Morgagni in Xenodochii atrio, numero nobiscum circumstante Tyruron non solum, sed etiam doctorum Honiminae corona, examinatus cultro fuerint supradicti cadaveris suprême internae partes, ob Medicinam, atque Praxini in simili morbo illustrandam. Scđo propter cranio, futurisque viis transludicis, nihil in cerebri fūblantia reperitur fuit, quod vera, & realis morborum mortisq<sup>e</sup> causa dici recipia meretur. Etenim tantum dūtum prominebat corpora striata sinistra, & aliqua aderat membranarum flacciditas, quodque magis extitundinam fuit, flava latebant in medullari cerebri substantia, ichoroflorantes. Verum ab hac, licet modice variata, solidior texture, & fluidorum crati potuisse tamē mortuum in motum pon, ultimum que producit fatum, Vir Clarissimus summa cum eruditione, & doctrina explicavit.

HISTO-

HISTORIA IV.

CAPITIS INFLAMMATIO POST LENTAM  
FEBRIM IN ADOLESCENTE.

31. Lenta erratica febris decem & septem ab hinc diebus  
fanguinei, fuscata in egregio Adolescente temperamenti calidi  
ita nil mirum, si decima ex sperto morbo ejusdemque causis,  
nullisque institutis secundum artus dogmata opportunitis emis-  
ariis, ex coacervato in sanguinis mafia excrementum lentore, ex-  
treme arteriarum cum venis infusationibus infarctae fuerint: ex  
prepedita spirituum irradiatione frigus, atque cum eam febri  
ad capitum arcem, ubi precedentes dolores aliquantum villorum  
divulvolum produxerant, inflammatoria metatalsis ortum du-  
xerit. Hanc glandularum trachealium, & colli tendonum duri-  
ties, nec non violeni pultantum capitis, & aurium arteriarum  
mos comitabantur cum timore, ne forte ex importuna mi-  
scella, mutatis specificis gravitatus, & internum molium suffla-  
cibus, violari posset voratum parietes, & valvularum suffla-  
mina, atque ob jam vias fanguius a naribus stillas, transitus ad  
supputationem eveniret. His igitur politis, cum in acutis de-  
improviso consilium capiendum sit, & remota remedia, & qui-  
denni mutato per sepe morbi aspectu, & symptomatis, tero-  
perianunt, que adhibita sunt, non nisi laudari possunt. Si er-  
gue folia inflammatio, nondum facta suppuratione, perduraret, ad-  
huc in chirurgico fonte immixta quotidie enematibus, tercia  
fanguius missio licet ex sapientia (1) pedis. Sin vero ex cra-  
nii foraminibus, ex ore, nare, atque auribus cepta effici al-  
lia expurgatio cum levamine, haec ulterius magis est pro-  
movenda (2), allicienda focillationibus, orifice ablutionibus  
opac lactis, aut decotionis paullatioribus, caricarum pinguum,  
dactylorum, addito multo rotato simplici ceteris vitatis super-  
caput remedius, que aut perspirationem impellant, aut illud  
opprriment. Matutinus infusor potus feri lactis destillati, su-  
per-

(1) Ut capitis dolorem sedet, sanguinem de ventre derubat. Hippocrates lib. de Locis & Lib. 3. de Morbis. Cura cerebri ab infamante tumefacta, inter cetera medicamenta, sanguinem derubatoria proposita.

(2) Juxta illud Hippocratis: His sanguis suscipiente manum opulatorum. Et lib. 2. de Morbis Mulierium subdit: Si per narres, aut arterias apertas, & mucos erumpant, a morte liberatur.

peraddito succinō preparato , & febrilem æstum temperare , & laboranti capiti succurrere poterit . Decremente morbo ( quippe ut ipse Galenus ait : ob capitii dolorem vehementem nemo unquam mortuus est ) & extincta febre , aquam salaperilæ pro subigendo acido laudarem .

## EPISTOLA AUCTORIS.

In qua reicitur usus chinae china pro tollendo morbo  
in hac Historia relatō .

**14.** GRatulor summopere , meritissimum Adolescentem ab inflammatorio capitisi morbo jam clapsum ad salutem properare . Quia tamen immunita sanguinis quantitate , natura scilicet & arte open ferentibus , hoc contigisse conjectandum est , sic post criticos sudores , superfluite adhuc febri , pariter timendum , ne in ductibus chylolympiphici , & in penitillimis viscerum meandris latitans fermentaccus lento , vel periodice in mafia sanguinis eructatus , vel tenui rivo in ipsam reptans , hanc febrim aut producat , aut conseruat . Cumque morbus lenite inexperit , & autumnalē temporis constitutio jam infest , quodammodo supeftis mihi est corticis peruviani usus : quippe qui palliative tantum porcf febrim suffocare , & inducias prodūcere , at nunquam , nisi mea opinio fallat , neque antiquas , neque recentiores caufas averruncare , multoq[ue] minus eas perficere tollere . Tuitus confilium mihi videatur , bis aut ter oxymel . B. Quercetani alterius diebus exhibere , & Bagliviano ( i ) more , succis depuratis fonchi , cichorei , & borraginis ima vifera aperire , itaut pedetentim per excretorios trahentes feducta morborum ichorum amurca , & solidorum stases dissolvantur , & solidorum vires reviviscant .

## EPISTOLA ALTERA

Rationes ab Auctore redduntur , propter quas china  
china damnata fuit , oxymel laudatum .

**15.** **A**Quum est , Bondone doctissime , ut corum , quae ep̄lapta hebdomada tibi scriptitavi circa morbum , quo torqueret N. N. , rationem reddam : & eo præfertim , quia ab

(i) Pag. 146.

epiftola tua nudius tertius accepta , ipsum nondum ad perfectam valitudinem rediſci , invitus intelligo .

Neque vero , quod ipfe pro ſuſcepto habuerim uſum corticis peruviani , id velim opineris contigisse , quaſi exigua in me eſet tui nominis exiftimatio , aut putarem admirabile alexicacion , ubi in abcſconditos viſcerum recessus competenteraverit non domito vitalis fluvii tumultu , noxia ſymptomata producere poſſe . Quandoquidem & te ſapere ſcio , & ceteros omnes antecedere ſapiencia potes , ſi morbi cauſas , gradus , metaſtaſes , crifes , Agrotantis vero querimotas , eſchigations , uno verbo , ad circumſtantiarum omnium syndromen praefere obſervavi .

Ad febrifugium vero quod attine , ecquis audebit illud dannare , ſi Laurentius Heſterus ultra duas chinas chinas & Agrotus exhibuit , eundemque ſphaeclu ( i ) laborantem fanavit , ſiqui vix potest ſomnari cauſis febrientis ſanguinis , in quo ab Auctoriis quandoque propinatum non fuerit . Fatorum quoque , inter quotidiana artis experimenta quaſi ſemper obſervavile , raro contingere , ut Agri noſtræ fideli concediti aliquid danni ab uſu chinas chinas recepirent , eti non ſemper febris hinc domita fuerit . Accedit , aromaticam ejusdem vim potuisse etiam faſtificentes ventriculi fibras erigere , & , ſi qua exstabat circa chylis officinam , impuriore lentorum congeriem , fermentationis in ſanguine prodiuſtraram , a ſpecifico remedii contextu corrigi atque diſſolvi .

Venit quia , inſtante jam autumno , agebatur de temperamento ſiccō , atque picrocholo ( quod non inepit Hippocrates inter coeleſtia ſigna cum leone , inter planetas cum marce , inter anni tempora cum aſte , inter elementa cum igne , inter ſapores cum acutis , inter tonitus cum tubis , ſymbolicatem habere perbelle demonſtrat ) , & lenta refudis febris poſt acutum morbum , non ex accidentalī mēferiorum infarctu , fed ex irrequietis principiis in ſanguini ſiuſ existentibus provenit , accende quaque naturalium viſcerum calore , verendum erat ne , ob copiosos sudores , pollentibus particulis falinis , & fulphuris , in arefacta fibra coerciti lentores , etiam ſystema nervosum comprimendo , ebulitiones in mafia ſanguinis excitarent , ideoque aperitiva ezcropotica eſent indicata . Ob id , humectato

D dilu-

(i) Rara ſane res eſt , quam obſerveantur , ope peruviani corticis per ſummi Helleiro , pag. 520. vol. 5. Ephemerides Ge-  
ti , liberatorum . De quo tamen , antequam variis rebus , cuiusdam nempe mulieris , & alibi vicioſa canatur , reperita nicteris pra-

xix confundenda eſt .

diluentibus succis corpore , oxymel B. Querctani proposueram , non tam ad intestinorum facilitatem cum exitu materiae peccantis promovendam , sed , quod rei caput est , quodque si te latet , latere non debet , ad domandam eodem momento , & eodem remedio virulentam Gallicam affectionem , qua olim polvulus fuit , & qua nondum penitus extirpata , latentes caufas augebas in morbo agititudinis productione .

Quoniam vero his non obstantibus , Patiens jam saluti proximus a nobis censetur , superfluum puto , remedia proponere , majora sperando ab etate , vietis regimine , & aeris riperiae Salodicensis falubritate . Quando necalarium tibi videbitur , falaperilla serum lactis alterare poteris . Interim vides , quenam fuerint argumenta , quibus innixa stetit mea tunc temporis opinio . Reliquum est , ut credas , me nunquam omisflurum ea , que tua causa facere potero . Vale .

## OBSERVATIONES

## IN CAPITIS INFLAMMATIONEM.

## I.

*Animadversiones circa usum chinae chincie .*

16. IN Aegris , in quibus febris primarius morbus non est , caute chinam chinam administrandum opinor , tam in principio , quam in progreßu . Utroque enim tempore licet primario , ut diximus , infons sit , attamen secundario interdum noxia ; quia potest naturam a falubri excretionum , & coctionum molimine divertere . Igitur in inflammationibus , aut cephalitis inflammationibus proximis , in vulneribus , ceterisque tumoribus , quos Chirurgi nascentes dicunt , semper chincia chinæ usum Aegris noxiūm deprehendi . Tunc enim per illas determinatas partes , & non aliter , pertinaces humores natura separat & expellit .

## II.

*Aeger cuncta , qua se sit circa morbi caufas ,  
Medico narrare debet .*

17. VEH illi Aegro , qui morbi caufam , tanto magis si morbus Gallicus est , adstanti Medico tacet . Mihi credat , de

## MORBORUM :

27

de proprio ludere corio . Quis enim negaverit , appellatio in supradicto caſu ad caput liquida a Gallico acido contagio non fuſſe coagulata ? ideoque non inutilia ſolum , fed etiam noxia eſte remedia , que antecedentem exoticam caufam non repudiunt . Protecto qui cerneret caſum cuiusdam juventis 22. annorum vel circa ( dum haec scribo , huius cura mihi ſimulque D. Angelo Rinaldino demandata eſt ) , in cuius utraque pupilla poſt Gallicam gonorrhœam , & ophtalmicam inflammationem , fructu adhibitis purgantibus , cephalicis , decoctis , collyriis , mercurialibus , gelatinofus viciſſiduſculis humor conglatus eſt , nubis , & pfeudo cataracte inflar , fed ut melius dicam , purifirmis materia ( *Hypopyon* dicunt ) vifum omnimodo impediens , non tam effet alienus ab habenda fide , diram etiam symptomatum morboſorum viciſſitudinem , que evenit , & que remedii relata ſta eſt , ab exoticis caufa non medicata pendiffe .

## HISTORIA V.

RAUCEDO IN GUTTURE , CUTIS IMPETIGO ,  
VENTRICULI DEBILITAS , IMORUM  
VISCRERUM AESTUS .

18. ILLUSTRIFIMUS , & Excellentifimus N. N. ( ortus a Patre , cui ex fallo sanguine puſtula & exanthemata ad extimam cutim efflorefcabant , mox podagrum efficiendo , haemorrhoidum fluxu , feliciter folvebantur , & a Matre defluxionibus ad laryngem , ad gular basin obnoxia ) quadragenario minor , temperamenti calidi , fanguinei , fibra mollis , & delicate , ante pueritiam terminum variolos critice non ſuppurantibus obrutus , in pernicioſam incidit agititudinem , a qua tam bene elapsus , ubi ad duodecimum annum perveniret , ob quartanam febrin per annum integrum cedere neficientem , chinam chinam ſumere debuit . Deinde paulo poſt pubertatem , ſuperata ſponteque cedente febricula trium dierum , priftina in columiati restitutus eſt . Interim tamen conqueri quandoque debuit de vigiliis , deque minus prospera ventriculi fermentatione , adeo ut a Profeſſoribus non minoris fame , qui tam antiquo Galenico more procedunt , & agunt , ſancitum fierit ,

D 2

fuerit, ex oppositis qualitatibus, frigiditate nempe stomachi, & hepatis calore, incepitorum incommodorum stamina esse decidenda. Post haec, nuperis hinc annis duo morbos symptomata enata sunt, que nostris meditaminiibus anfam prebent. Unum est quoddam lichen, seu summa cutis aperitas cum pruriuit, latine *impetigo*, vulgo *volatice*, que utrinque efflorescit, & nunc subitis dexteram mammam, & interne supra coxas conficitur. Alterum, & quidem majoris momenti (post erraticos, & interdum fæcientes dolores infra occupit in postica parte supra colli vertebrae, moxque ad claviculas, & secundum directionem deltoidei mucifuli descendentes) est uulna laryngi, & lateralium glandularum intumescencia, una cum quadam rubedine, inæqualitate, & aperititate, ita ut pertinaci raucedine, que olim fanguinis per narcs hemorrhagia solvatur, fe laborante perficiat; eique vox immunita, & praedita nunc magis, nunc minus, sed temper ultra modum, sit. Quoniam vero fanguinis miltones, nucrinas aquæ, chalybata, decoctiones, abhyntii tinturae, gargarismata, totque alia medicata libamina incasnum celserunt, jure ac merito ad alia atque alia peragenda excitamus.

In hoc itaque rerum statu quis in practica Medicina erit tam rudi, tam imperitus, qui aut falluginoſe cuti linimentum, aut interni gutturas raucati gargarismata admovere velit, mihiſque cauſa, effectum curare? In toto potius, ut ajunt, in visceribus, in fanguine quærenda, & determinanda est morbi radix. Quamvis liquido abdominalia visceræ tacti mollia, & in statu perficte naturali reperta sint, negari tamen non potest, quin ob minus elastics rugosæ ventriculi tunice fibras, gastricumque succum aut nimis inertem, aut minus elaboratum, chylosis magisterium agre efficiatur, Nob. Ægrot id signanter perficiens; neque placenta nutritura bene a duodenæ ichoribus subigatur, in id conspirantibus circumstantium fibrarum laxitate, probabiliter universalis temperamento confundi, & fortasse debilitori etiam partium organicularum tono. Quare impura massula per mœtracorum ora in purpureum fluentem devolute, fangificationi, & nutritioni ineptæ, sed tamen circumantes, non recta a capite, ut a Priscis creditum fuerat, peculiari via nunquam viva, in guttur defillant, aut deplunt, sed ratione circuitus, atque motus particula rum excrementorum apparatus efformantium, partim cutim, & mi-

& miliares excretorias glandulas impetrunt, humidoque subtili evanescere & resoluto, sales sui juris facti, cutim corroden do, & vellicando exasperant, partim internam gutta regionem invadunt, & cartilagineas omnes *thyroides*, *circoides*, & *arytenoides* laryngi, five glottidi familiantes, vitiant, utpote ceteris laxiores, forsanque ab ortu debiles; unde vocis modulatio aliquatenus intercipitur, & prepeditur. His omnibus si accedit, ut ait Cicero, *clavis verbis intensa oratio*, que partem irritet, aut accidentalis interdum cutis, vel alvi dentitas, vel errores in viës regimine, vel animi pathemata, aut contentio in rebus gerendis, vel colendo studio, quod spiritus animales absumat, orbatis sanguinis viscerum fermentis, in confessu est, languescere debere solidorum fibras, atque hinc sanguinis circulum tardius perfici, fero, & lymphis in cure, in gutture interim quieteſcentibus. Quia tamen in florida est ætate constitutus (1), æqualis viget pulsuum rythmus, optima partium proportio, multaque facienda supererit, eluet spes curationis (2); que quidem non tentanda est, ut committere fit, extorxiſus pharmaciſis, sed pedenter, & suaviter, obſervato Redianuſ documento: *Salem ne noceas*.

Millis propterea indicationum ambagiibus, misisque fontium cantilena, dupliči methodo ſufcipiendum opus crediderim. Primam curam eradicativam respiciat, stomachum feliciter roborando, bilem corrigit, atque ſalvia temperando. At stomachum roborare circa calorem quis poterit? Ipſe tamen videns ea, que nutriti, vi foliis, aut ignis parari, ipſumque febrile incendium viam eſſe plerumque ad falutem, noſque tamdiu vive re, & ab extremo fato distare, quamdiu innato calore temponus, non adeo frigida amo, ut vulgus facit canique, remedia, neque a calidis alienus fum. Cautiorem itaque viam inveni, ſeligende fuit temperata, nempe lignum laſſafraſ, cortices aurantiiorum, radix tormentillæ, zedoarie, calamus aromaticus, fol. hepaticæ, marrubii albi, melifera, lauri cum granis, flores rotundifloræ, bellidis majoris, salvie, cinamomum, faſtaque ipſorum infuſione in aqua communis, cum laetè caprino omnijs B. M. deſtillanda fuit, addita prius carne viperina, quippe qua refrigerans remedium a Galeno habita est, camque palmarium in cutis morbis, & fibratum pareſi alexi.

(1) In florida aetate vaſcinoser, & gravideſſer  
non adeo difficulter collusus adhucit. Hippo-  
crates Lib. de Aſſe. Sunt autem ricta turpia  
cœli mezi, quæ morbi.

(2) De peccatis, febris, imperijs. Hippo-  
crates 2. Aphorismorum 4.

alexicacon ipse puto. Quo fane destillato, aut in usualem potum converso, aut matutina tepidiusculo haufu forbilis, aut de-nique tamquam *thebē*, *cōphē*, aut *fucolata* vēchiculo, pedetentim sanguini communicato, optatus effēctus poterit produci.

Altera methodus, quamvis eradicativa non sit, magnam tamē afflere poterit utilitatem. Itaque cum videamus, in uno vel altero ægro, quæcumque sint remedia in ufo posita, aut vitio viscerum fermentantium, aut imperfēcta miscellæ, aut errore circuitus, adhuc excrementis exundare lymphas, quæ in debilitibus partibus, morbos producendo, decumbunt: cumque infuper a priori arduum fit hoc præpedire, neque tempe-ramenta violentis curationibus torquenda sint, experientia diuce, & arte docente, superflue humiditates ad loca illa aliciuntur oportet, per que utiliter natura confuetas instituit evacuationes, a quibus fortasse imminutus morbus originem trahit. Hinc laxitas alvi, hemorroidium, & urinæ procuranda est bis in mense (parce enim aut nihil agendo, morbus perseverat) sumendo pilulas melanogogas Lancellotti, quarum infinitum magisterium corallorum, & matris perlarum cum sanitatis poterit acti moderata expurgationis tunicas ventriculi robore, latensque aletius sapor haemorrhoidale effluxum fortasse, ut Germanis soleme est, promovere: quod ut felicis contingat, & injectionibus emollientibus, & fencipiis, & fomentationibus, elutriata scilicet in subiecto lafano bullenti aqua, mollicit, laxitas, rupio, adaperito internarum, aut externarum fedalium venarum pertinenda est, applicata, si lubet, semel in mense folitaria hirudine, moxque vitatus adstringentibus pulvifculis, & sola vinclatura premente, impedito ichorū haemorrhoidalium exitu, ut iterum, sed semper in parva dosi effluere possint. Si enim olim, ut diximus, fanguinis, per narē exitu, raucedo evanescet, cur novo hoc per maricas emisſario, eadem utilitas speranda non erit?

Denique quia morbi radix in fero sanguinis est, ejusdemque exitus debet produci per loca convenientia, aptaque & confueta illius transtuti, non extra rationem erit, interdum diureſim promovere, tum quia hoc fieri potest absque ne minima quidem Nob. Patientis noxa; tum quia impetigines pruriginosæ offendunt falsi in fero dominium, quod quidem cum & in lotio reficat, facilissimum est coniurare, analogâ liquida, mediis scilicet amplioribus tubis emulgentibus, separari per idem cribrum

cribrum facilissima posse. Hoc autem poterit efficere terebinthina Veneta, millepelle, aqua ononis, petroselini, faxifragis, ocul. c. pp. & futura æstate aquæ minerales secundum Friderici Hoffmanni documentum (1) cum lacte mixta ad curationem, & si morbus, ut ipse auguror, jam dominus erit, ad præservationem.

Gargarifmatibus cujuscumque generis semper addatur aliiquid, quod corroboret. Amygdalarum, & trachealium glandularum exuberans laxitas cum patene sit, ideo consiliandus est partis vigor, & primitiva elasticitati restituendus. Inter cetera optima erit conserva cynorrhodii cum tintura lacce. Saccarum enim incidit, refolvit, reliqua vim addunt.

Vina merata, & præcipue exoticæ, aut folis aqua potus, noxiæ erunt. Sed modus in rebus, virtus in medio fiat, vinumque aqua dilutum laudatur. Natura amat, quod innocens, & cui affectu est, restitante, ut refert Magnus Author, ad fundum ventriculi fermento, quod homogeneitatem cum futuris esculentis habet. Lete vivat, quia morbus de illis est, qui facile curationem admittunt.

## HISTORIA VI.

### SALSA CUTIS IMPETIGO, CORPORIS PLE-NITUDO, PERNIONES ERYSPILATOSI.

19. **S**Alfa impetigo in sinistra subaxillari regione, mox in perinao, tandem, & crudelius in infimo dextero cruce, præcipue supra malleolum externum defavens, licet tempore hyemis ad cryspipatosi pernionis naturam accedere videatur, nihilominus, cum, adventante etiam æstate, in imo loco perdure, & in superioribus recrudescat, conicicendum est, ab universali fanguinis, & liquidorum omnium dyscrasia pro-venire; ideoque non satis confutum puto, si peculiare balsamicum unguen cutaneo morbo aptetur, sed ulterius examinandum est, num procathartica cause, & errores in viulis regmine; num chyli officina, & haematois vitiate; num fervida abdominalis viscerum constitutio, & saluum aucta in fanguine congeries antiquæ symptomata producent. Quandoquidem secundum

(1) Lac cum mineralibus aquis sumptum propinat: Diff. XI. pag. 157, in epig. Phys. Med.

secundum predictarum cauſarum, ſimilique effectuum energiam, & propollentiam, que eruditio Aſtantii conſtabunt, & morbi fides cognovit, & futurae indicaciones firmantur pro therapeia recte inſtituenda. Quia vero temperamenti calidi eſt & humidofanguinei, atque poftremis hifce annis, licet in florenti aetate, aliquatenus obfus factus, & qualiter dixerim, univerſali incipiente plenitudine laborans, idecirco concrefcentes febacos ichoros in partum utriculis cefpitare, excretorias separations præpediri, & humorum circuitum retardari, conicendum arbitror. Quare ſtaſi albi craſhamenti & lentioris fanguinis in lymphaticis tubis, & venis producita, fermentationes morboſe fuſcitantur, acidum producuntur, falinae particule caput exerunt, que, mediis arteriarum extremitatibus, & lymphaticorum productionibus, ad ſiniftrum praefatum emunctorium, atque ad miliare glandulas deducunt, contraſtilles cutis villos dilacerant, corrodunt, & ita convellunt, ut, impedit in tenuillim venuſi fanguinis tranſitu, emergat partis affectae rubor, vel circumſtans regionis, ut in pede, cum corroſione, intuſcenſia. Ob id ita diuidenda erit methodica curatio, ut primo diſſolvatur univerſalis liquidorum lentoſ. Secundo ut faſium cuſpides hebetantur, & per convenientes trahentes morboſi ichoros feedant.

Subtula propteræ aliquo lenienti medicamine primarum viam amurca, & fi libet, humedaties deterſifque chyloforum canarium ordinibus, cichoraceo aliquo proxime naſciſtro, laudem ſummonpere per aliquot dies uſum feri ladiſ depurati, premiſo cochleari tinture maris tartarea Lemery, ad leniores omnes diſſolvendos aptiflimes. Proposita pariter a Veronensibus Medicis antimonialis aqua optatum ferre poterit juvaſmen, ſi ſtibium erit in parva doſi, & ſumme dilutum. Verum precipua curationis ſpes, iudicio noſtri, ſita eſt in aquarum mineralium potu, qui proxima aeftate infihi debet, non Patavinas, non Nucerinas feligendo, ſed illas, que ex vena montana originem trahunt, videlicet S. Mauriti, aut vallis de Sole. Propteræ nimis quia, cum corpora ad plenitudinem vergunt, ſpirituſo chalybeatum requirunt medicatricis aquæ gas. Poſt haec, ſi ſupererſent adhuc falini dominii recrementa, ad Balneum configuriendum erit.

## OBSER-

## MORBORUM.

33

## OBSERVATIONES

IN IMPETIGINEM, ALIOSQUE CUTIS MORBOS.

I.

**C**Achinno tenere non possum, quoties anxios video Chirurgos in locupletandis officinis, inque præscribendis mille ſchedulis, & linimentis, ut pruriginofas aliaſve ad cutim impetigines externis unguinibus current, eventu nunquam eorum votis respondente, & quod p̄jus eſt (fi nimis applicata remedia, præter cofmetican, etiam adfringentem, & atyptiam naturam ſapiunt) cum majori aggrotantis periculo (1), utpote reperciuntur, & ad centrales partes coactis ichoribus illis, quoſ critico levamine ad cutim, univerſale corporis emunctorium, admirabilis in effectibus ſuis natura moliebitur. Itaque ne bile perciſi excedant, neve Arti id vitio injuſte veratur, ad foliam confillandam. Mulieribus vultus venustatem, atque ad tollendas ab infolatione ephelides linimenta, aliaque id genus remedia hifce in morbis permittantur. Hac igitur res Medico comittenda unico eſt, qui secundum Friderici Hoffmanni documenta natura ductum fecutus, iis patiſſimum utatur remedii, que integrum fanguinis, ac humorum masſam depurandi, ad extinſionem disponendi, & per alcuno cutinem & corpore proſcribendi, virtute pollent. Ea tamen lego, ut si extima falſo, vel tenuiſ, vel modica fuerit, fano interne exiftente corpore, aut ob illam depumationem melius ſe habente, caute agatur, quinimo cautiflime, quo magis pruriginofa efflorefcentia antiquior erit. Quod si recens fuerit, pruriginosa, Gallica, forbitaria, verminosa, exedens, ut ignis facer, & in partibus nobilioribus inſculpta, lituris ſufcis, & luſidis, vulgo macula hepatica, confpicua, & ad pforam, ad zonam (2), ad herpetem, ad elephantiasim accedens, cum praeter damna, que infert, effectus quidam fit, qui naturam caue nancifici potest, ob acquitum ex fermentatione in cutaneis glandulis virulentum acidiflimum acorem, fanguinis masſam inſciuentem, primo, ope methodica curationis, de medio tolli debet, remedii illis intermis (3) univerſalibus, aut in quolibet

E cutis

(1) Vide Galenum lib. 5. de ſimpli Facileſ. & Hildithum cent. I. obſerv. 82., qui notat eaſus eryſipellum a quibidam inaneſtibus in gangrenam tranſformatum.

(2) De qua Serbinus, Apuleius, Marcellus, & Henricus Smethis miſcell. med. lib. 10.

(3) Aretus mille lumbis exfolite hellobrum album.

cutis affectu specificis & dulcificantium familia (1), quorum far-  
rago ad nauseam usque descripta & repetita, penes auctores  
habetur.

Secundo inficias non ibo cum Hippocrate (2), qualitates supra restringas, que mixta non nocet, ubi secreta fuerint in extumis cutis glandulis, & in se ipsis sterenter, hominem laedere posse, id eisque in secretoribus militaris incirculus atque praecepit in membrana cutis pinguedinosa, cum Galeno, Thoma Vvivilis, aliisque doctores nostri Viris, fenni innovari, & falino indefiniter alimento nutritari deuteritem illud, quod cutum cum pruritu feedat, & universalem massam infect. Advertat propterea Medicus, & cuncta propiciat; sique videt, naturam iusti bene agere, & folium in cute aggrotare, eosque pati morbos, quos per fedulam proximam obseruantur multoties, ope exteriorum unguinum, fugatos, tunc finas balnea, linimenta, mercurialis, sulphurea, tabacum, & pulverem pyrrum in fumum poni, pro ut reludans morbi pertinacia postulabit (3).

I I.

*Ubi de Erysipelite non tangendo.*

21. Quoniam de cutis morbis fermo est, declamare debet contra decumanum errorem non quorundam tyronum, sed multorum etiam, qui fanum se credunt habereincipit, quique in omni cubiculo nuptam tessaram admplent purgandi, syriandip, sanguinem mittendi, & si Erysipelas est, repellendi, exscicandi, adstringendi. Proh enormem ulcum aliquid agett! An ne Medici doce possumus in eo ut, ut semper gendi? Quæfio in posterum, ne Medici in hujusmodi morbo, aut in agendo, aut permittendo, ut Jatralepta, indiscriminatim agant, fuit nimis precipites cum repetita praxis me docuerit, non quidem tantummodo in crumenæ ruinam projecta efficaciamedicanina, verum etiam ipsius non fugata, & abire jufa, sed accita, promota, & adaucta, cum Agri periculo, morbos symptomata. Quæfio, quicunque etsi, qui Medicinam facitis, vi vobis me audire grave non sit (quamvis Hippocrates (4) tot,

(1) Avicennas, & Arabes aqua anguriae uteruntur.

(2) De veteri Medicina. (2) Lib. 5. &c.

(3) De cutis morbis videantur

19. The following table shows the number of hours worked by 1000 workers in a certain industry.

tot, ac tanta parec) parcite remediis; proicite decoctiones  
falfiae, camomillae, althae, facculos, sapones, stercora,  
cretam, tutiam, olea, lixivia, myrrham, olibanum,  
raphanus fyllestrom, torque alia; & ministrati credite, non aliud in  
corundem omnium usu, aut nomenclatura, tandem obtineri, nisi  
Agroti dammum, & singularis memorias laudem. Enimvero  
fincera flava bile productum secundum Antiquos erysipelas  
fit, fivc ex sole extritioato constipata, aut sulphure extra  
ordinatum temperiem evecto, aut serofusci chrysoli tiquo-  
re coagulato, secundum medi avii Scriptores, fivc denique  
ex subtiliori sanguine derivatur (i), id umum certissimum est,  
a centralibus partibus ad ambitum, qualcumque fit, a na-  
tura craef deficentem humorum, illis determinatis diebus,  
expelli, qui secundum fermentationis, & separations gradum  
necessarii sunt, ut opus subtiliter absolvatur, sublimato scili-  
cat ad cutius subtili iehore, tum coacervata & interdum exente per  
majus emulsionari crassiflori amurca. Proh! quot in maximo vi-  
ta discernime positi sunt per adstringentia cuti applicata. Vi-  
deantur super hac re Sennertus (2), Amatus Lufitanus (3), Ho-  
chstetterus (4), qui memorant apoplexias, phthisies, hydro-  
pes, & morbos etiam organicos, aliaque horrenda symptoma-  
ta, vitiis solidorum, ex adhibitis linimentis exsiccantibus uni-  
derivata.

At surget fortasse aliquis omnificius Tyro, schedulas a tergo scribendi cacoth laborans: nonne potest amures illa cathartico expelli? Respondeo, enix ab illo querens, quando, & quomodo id contigerit? In principio enim, vel ab eft in efflinphis, vel, si adeft vitioſa materies, hoc certum eft, cruda non eſſe movenda. In fine, morbus jam domitus eft. Ad modum quod attinet, & vomitus, & tortina, & convulfiones a purgantibus etiam lenientibus excitatæ pluris vidi. Vidi fecalem quidem faburram in imis intus exilientem eductam, fed in pejus ruente ægro, ob coarctatas scilicet a flimulo, & superaddito motu porosillat illas, per quas natura ad intefinaliter tubum noxiis humores demittit. Vidi

2

peri-

(1) Non negamus tamen , dari posse erysipelas , quod veteris , Galenus scilicet ad *Glaucos* , & Hippocrates sexto *Epidemiarum* , dicebant phlegmoneam , a sanguine bilioso , coquendam ; quia morbus lethalis evadere potest , si ab extra ad intra retrocedat humor , ut ait idem Hippocrates VI. *Aphorismorum* .  
(2) Page 176.

Pag. 176.

### Centuria secunda.

OCCID. VIII.

perifalticum motum præpeditum, mota ea, quæ non nocebant, enormem flatum productionem effecit. Vidi abolitas ad ambitum desputationes, spirituum animalium consumptiones, flomachi languores, & anorexias confirmatas: & post tot, quæ vidi, adhuc videre opto Medicum, qui me doceat de natura, de viribus, quas susepuit medicamen, ubi in visera adactum est. Paucis Erysipelas, ut plurimum, tangendum non est. Medicus solo dictæ, acris, & frangulorum régimine, cunctando in reliquis, & nihil agendo, vincit.

## HISTORIA VII.

### SCIRRUS IN LINGUA, ET ALTER INFRA MANDIBULAM, POST HÆMORRHOIDUM SUPPRESSIONEM.

22. **E**gregius Sacerdos sexaginta amplius annos natus, constitutio calida, & siccæ, ex fæsi Parentibus generitus, in primo adolescentia flore maligna febri corruptus fuit. Proinde sequentibus annis erraticis in promptu furunt febres, quæ purgantibus, & ventre sectionem multoties postularent, & præcipue, quin semel ipsi conjunctus fuit dolor in dextero humero, cum aliquo sanguinis sputo. Quibus omnibus felicitè superatis, viginti & ultra ab hinc annis ad moderandum in abdominis visceribus astutæ, solvendamque acidam melancholici subdomini fobolem, confuso ad Darfientes acidulas in valle Camnoniorum Brixiani districtus featurentes se contulit. His epositi, & transacti, haemorrhoidalia vasa coepérant sanguinem fundere cum aliquo levamine: atque hinc, evacuatione senfirum sine sensu iterata, fanam aliquoquin vitam transegit; sed anno 1735. senfirum immunita, tandem æstate numerus elapsa conquectus est de angulo dentis mucrone, qui lingua in sinistro latere feriebat. Ob id, post duos menses, propriis manibus ipsum extrahere decrevit; sed nihilominus lingua ab aliis dentibus irritata, & compressa, actu loquendi, & deglutiendi, aut incepitudinem in excwendis, aut dolorem ex labore, & attritione perfecit.

Accita propter Chirurgi ope, tribus ab hinc mensibus, & reperta in sinistro lingua latere duritie, ablutiones oris ex aqua

## MORBORUM.

37

qua hordei, & spiritu cochleariæ, cum melle rosato præferite fuere, dentumque acute summitates verlus internam concamerationem proclives, quæ morbi cause credebantur, lima penitus abræsa sunt, simulque exhibita fuit cassia, atque varia gargarismata ex dulcificantium familia.

In hoc rerum statu, cum præter lingue reluctantem remedium duritium, præterito Januario, ab extra, infra sinistram mandibulam, & muculo mastoidei confinia, eminere, & protuberare inciperet exiguis tumor, Bergonates Medicos confulere opportunum duxit. Inibi vero ex lingue foveola, in quam dentes arcebant, ex durissima aliquatenus albicantis prominenter, ubi ipsi decrant, ex quo tot relatis ab Ægo dentium cum lingua contractiobus, preffisionibus, & luctis, sanctum est, callum in musculo-carneo lingue latere succrevisse, ac proinde gargarismata ex decocto guaiaci, & salpiferale exficendum esse, & radicibus extrahendum proximum dentem, qui angulosis lateribus linguan vellicabat.

Vermum omnibus fructu executioni mandatis, Brixiam venit, nostram opinionem petuit, optans, ut qualiscumque ea sit, in medium profratur, majora accedant monita, & clarsissimo aliquo Viro auspice, remedia instituantur.

Non igitur ex accidentali, aut perenni dentum licet inæqualium & anguloformis contacu, neque ex sensim compacto callo, origo aut perseverante morbi expiscanda est: sed potius autumnandum, interno tumore ad seirri naturam accidente, ab epiglottide scilicet, & a foramine cocco, & a balt ad apicem per sinistrum longitudinem usque ad medianam lineam, hujusque Patientis linguan laborare.

Quandoquidem, cum aliqui menes excurrent, ex quo durties se prodidit, & cognita fuit, neque ad ullam unquam suppurationem inclinaverit; cumque Medico tactui respondeat, veluti ligneum & gypsum, semper aequali obfuscum, extimo etiam reticulari, & papillari involucro communicatum, non cedens, non vi clastica refliens, sed aliquoquin flexilem, & mollem lingua productionem dirigens atque indurans, absque aucta nimis membranarum, muculosam substantiam cingentium, mole, coniunctum est, ex acida, austera non quantitate, sed delerita, & virulentâ qualitate, concurrentibus illis concausis, quas graphicè exaravit. Magnus Mazinus, nervosas, fungosas, capitatas, pyramidales præcipue albas papillas, & utri-

utricularum omnium fibrillas, & productiones secundum finitram lingue longitudinem, neque franguli radicibus pariendo, fuisse invasas, corrugatas, labefactatas, adeo ut, amifa flexibilitate, & mollitudine, difficultis orta sit masticatio, manorum glutatio, & locutio, que ex goltypio, aut plumaceolo in ore gestato, ubi dentes defant, & ad linguam premendam facilius aliquatenus redditur.

Sic rhofax pariter indolens est, suspicandum est, exiguum, cunctanea magnitudinem aquantem tumorem, qui subitus finifram maxillam exponit durus, inqualis, & lingue ligamentis conexus, & praeer miliare, & lenticulares, quas alicet, in maxillaribus, in sublingualib; oblonga finitura glandula, forsan intime implantatus est, adeo durum corpus sumit confitire videatur.

Neque vero ulterius immorabor in describendis contumacis morbi causis. In picrocholo enim habitu, in atrabilari (1), quasi dixerim, tempere, & dominate melancholico fulguris astuti, nif mirum, si commisil in virtus regimine erroribus, suffocatis prudenti confilio animi pathematis, immunis potremus hinc annis per hemorrhoidalia vafa expurgationibus, ex quo, referente Hippocrate (2), *Eudemus in Larisa* interrit, & occasione præteriti autumnalis auctiui, offensis noxiourum ventorum incuribus, in exficcato, & lentescente (3) corpore infesta fala, & partiale surrexerint, que salivati, & lymphatico menstruo nupta, dum per lingue glandulas repabant, atque ab haematis, & circulationis orbe ad excretorios salivæ ductus deportabantur, pedentem in glandulofa acinis concretae, & auctæ, scirrhosi tumoris flamina, & incrementum produxerunt.

Quoniam tamen haec tenus nullus fœvit lancinans dolor, qui exulcerationem proximam (4) efficit, nullusque livor, aut atro varices affectam ambient partem, eo collimare deborent Medico-chirurgica artis conatus, ut majores hi gradus, si fieri posset, vitentur, viferum calorem temperando, salum eufides, & sulphura hebetando, tumorem emolliendo, & refrigerando.

Ob id facta fuit sanguinis extractio ab hemorrhoidibus, & ad executionem eorum, que natura præteritis annis utiliter indica-

(1) Hippocrates agens de bile sit: Et hoc p.

(2) Quo tempore, sunt Hippocratici verba, sinerer, & adhuc juvenis caloris prædomini fœvit.

(3) s. Epidemiorum.

(4) Ut Hippocrates de Tumoriis, admonet.

indicabat, & efficiebat (1), vitatis activioribus remedii fermentationem in morbo producere pollutibus, exequendo folum indicacionem emolliendi, & refoldendi, qua methodo Galenus scirrum in Circilii filio sanavit. Ideo nec displaceat usus emplastrorum ex flore caffie, & hirundinum nido, aut ex spermate ceti, magnesia, radice althea, malvarum, parietarie, & feminibus lini ad molitatem coctis. Sed utrum iisdem secundum mentem Clarissimi Mangetti interdum immiscentur fit suffusus ex acetо, & vini spiritu supra candentem lapidem molarem, trepidanter dubitamus, cum refoldendi limites excedat. Quare erit satius infare aut cerato de ranis (2), aut ammoniaco, & capapeno, aut emplastro Barbette faponato cum camphora, & olio hyoscyami malaxato. Interne vero opus tentare ablationibus ex decoctione pastrularum, liquoris, & falaperilla, vincipervince, aut latice humano, vel affinio in mortario plumbeto agitato, & linteus madefatio applicito: que etiam utilissima esse poterunt ad moderandam cutaneam phlogofism, qua in tonsillis, uvula, & imis fauibus quandoque conspicua est. Ad præservationem insper eorum, que contingere possunt, addantur oculi canceri, saturnia, plumbum utrum, unguentum album camphoratum, oleum e cochleis deflatalatum, unguentum de rana viridis Aquapendente, succus semper vivi majoris, & minoris, laetitia, solani, plantaginis, & similia secundum exigentiam diverso modo preparata.

Pharmacuticus subinde remediis, lenienti scilicet, sed miti, expiatiss primis viis, coepit fumare serum lactis depuratum, atque alteratum tantillo falaperilla, donec adventantibus specificis vegetabilibus, præcipue epiceratiticis, & hepaticis, decoctione, aquæ deflatae ex catellis tonerimis, & nuper natris, aut ex sanguiue anteris, & anatis recenter jugulatorum, syrapi denique in usum ponentur, ad sanguinis crastum temperandam.

Denum cum morbi causa neque a lentore repetenda sit (etenim corpus ad macritudinem, & colligationem cum frequenti expunctione inclinat), neque ex subtilitate (quandoquidem de quiete, & de tumore agitur) neque ex acrimonia, aut

(1) In morbo ab hemorrhoidum suppreffione fe, cum super alicantia illa fæceret,

produciis non extra rationem effici super Tadib; plumbatum, Nonnullis commendante tangib; militi in latere osseis feci timendum, ne lac molitum super mundu Artificium cap XVII, nihilque narravisse, vata hemorrhoidalia multum fungimini profunde-

aut

aut tetano (etenim abest dolor) ; statuendum , nostras versari debere illationes , & hypotheseis circa causam , quae cognitu difficillima est , quæque medicamenta spernit , si minorata exasperatur , si validiora : unde probabilitas opinari possumus , virulentam canis esse , veneficam , activitatem , & præcipue in aliis ductibus , & glandularum ordinibus radicatam , ejusque peculiare menstruum esse salivam , si cum ipsa humor exit ; atque adeo illius peculiare cibrum esse glandulas sublinguales , præcipue si cum ipsis fermentat , atque ad excretoriam expunctionem , sed non perfectam , perducitur .

Addenda itaque crux in curatione alexipharmacorum , & calidum , ut nonnullis placet , innatum , nisi perennantia , saltem reficiantia , ut effectis spiritibus succurratur , & solidorum nitis non satifaciat .

### OBSERVATIONES

#### IN SCIRRHOS , ET SCROPHULAS .

##### I.

23. **S**Cirrhos , quem Avicennas (1) *sepiros* vocavit , ille dicitur , qui permanens in membro durissimum , & sine dolore est (2) , & in tali statu omnibus relataus remediis perseverat . Sed velut animadverteremus Medicinae candidati , scirrum aut esse viam ad cancerum (3) , aut de illo participare : quod sane patet , si priscis Scriptoribus fidem habemamus , atque a nostra praxi lucem dicamus . Humor enim melancholicus , exfluxus , atrabilis utriusque fatalis suppetit alimentum ; uteque difficulter admittit curationem ; nullamque aliud intercedit discernere , nisi indolentia , & difficilis suppurationis in primo , lanuginans , erraticus , transitorius dolor , & facilior suppurationis in secundo . Æstro adhuc vitam suam protractente , quod in Scirrho non contingit . Non enim ita pridem duo habuimus fuentes Historias , quas ad illustrandam proximam submittit , ne in posterum Chirurgi hac in re Galeno (4) credant , sed tu-

(1) Traditum II. cap. 12.

(2) Etiam cap. 10. ad *Cancerem* profertur , conseruando diligenter frigore , & dolore eti partis . Gabriel Fallopianus cap. XXX. de Scirrho pag. 782.

(3) Ut ait Fridericus Hoffmannus cap. VL de omni genere ulceribus : *quoniam omnis caeca*

*ia principia versus ferunt Scirrhos .*

(4) Etiam cap. 10. ad *Cancerem* profertur , fe ciborum faeces , odisque se dicunt a Medicis proficiunt , quibus in partu propter Cervicem , & Elephantum carabat . Sed quinque creditur , quod postea , ac velut .

mores scirrhouos cautius tractent ; quippe si res ita peragatur , Ægri , referente Celso (1) , multoties ad ultimam senectutem pervenient .

Una eft supradicti Religiosi , qui , cum in exequenda methodo , a me una cum docto Viro Hyacintho Montiano praescripta , videbat aliquod utique solamen recipere , non tam pristinam illico incolumentem , ut illi erat in votis , obtinens , se cuidam empirico , salutem de certo spoudenti , exhibuit . Ope itaque mercurialis unguinis pertentata curatione , bispice aut ter delubita affecta totius coll , & supra maxillæ regione , violentissime commotis adufixa & effera bilis principis , & vestigio violenta fermentatio enata est , cum rubore , & successiva inflammatione , adeo ut brevi , lesio jam partibus ad sphacelum properantibus , ex vivis subflatus fuerit .

Altera eft Historia morbi , cuius causa paucis ab hinc diebus & vita migravit Nob . Comes N . N . annorum 70 . tempore momenti calidi , & fisci , in quo subitus finistram aurem , & supra deltoidi musculi fines , uno ab hinc anno , tumida moles surrexerat , quo in sua productionis principio benigna credita indolis , dissolutione & resolutionem admittere posse videbatur ; verum incassum pertentatis omnibus , ad majora , suadente Chirurgo , transfutum fecit , nempe ad illa , que , ob infirmum spiritum , & elaterum , flagrantia corpora , & haerentes particularis , ut si essent in lapide , loco movere possent . Sed ab eorum omnium ufo pejora symptomata enata sunt , nempe dolores , accensiones , rubedines , febres , traxa in confusum clavicularum , & homoplatatum regione , invalefcente in dies totius corporis macie , & alvi stypicitate , adeo ut in tanta cruciaturum , & periculi ruina accutus , laudare debetur propositum confluum , abfiniendo scilicet super partem affectam a quo cumque remedii , eo quia inaequalis tumor scirrhoue indolis nobis uisus est . Interim tamen , non omisla corporis humectacione ufo aquæ lacris , & emulsionum , blandeque alvo subducta , & propinatis opportuni specificis dulcificantibus , quibus meliuscule se le habens per multos menes & lecto surgere potuit , tumore candem semper faciem præferente ; sed roride humiditate jam consumpta , excisato fibrarum ordine , & invalefcente febre , ex improviso extima cutis accensa , rubens , & suppurationis organum naæda , proximam rupturam minitata est .

F In

(1) De re Medica 28.

In hoc rerum statu, cum adstans Chirurgus D. Jovita Cassetti tumoris sectionem, licet indicatam, formidaret, quia jam in vulgus fama feirrhosi tumoris minime fecandi invaluerat, item consultatio facta fuit cum ordinario Professore D. Joseph Fogario, flatuorumque est, quod licet antiqua & pertinax morbi radix fero tangenda non esset, attamen ob fanguinam metastasim, novumque inflammatorum productum, attenta insuper patenti fluctuatione, & molitie, proximoque urgente vite periculo ex suffocationis metu, tumorem esse fecundum, admonitus prius adstantibus de incipiti exitu, in mediumque proposita ratione illa, quod soli sectio, utpote suffocationem imminentem impedit, subitaneo faltem occurre poterat. Scelto itaque tumore, pus quoddam album, neque in modica quantitate, effluxit. Verum sensim adhuc ingravescente morbo dicit obit supremum.

Ex quibus omnibus argumentum est, vulgare illud: *noli me tangere, non solum de perfectis canceris dicti debere, sed etiam de tumoribus feirrhosis, qui cum ad suppurationem pervenient, mors praeforibus est.* Ergo iterum iterum monstro (quod Chirurgiae Candidatis velim maneat alta mente repositum) tangendos non esse (r).

## I I.

*Arcanum ad curandas Scrophulas.*

**24.** PRædictis feirrhosis circa collum tumoribus luber aliiquid addere de ferophilis, tum quia tumores sunt, qui cognitionem habent, tum quia, referente Gabriele Fallopio, utrique morbo idem aptari potest remedium, nempe pyrites multoties ignita, & in acto posita, additis inde suffumigatione, & acto i; item spongia marina usfa, radix ferophilaria, filipendulae (2): fed haec obvia.

In Operibus Fulvii Gherli olim mihi amicitia conjuncti, curatas ab ipso ferophilis legi, sed non sine morore altum tunc vidi, data opera, de remedio silentium. Clarissimus tamen Vallifluerius literis a me excutatus, arcani noticiam a Gherli obtinuit, camque pro sua humanitate mihi communicavit. Quia vero

(1) Si ægrotum genuit aut Paesium que  
rimonum urgente, ab usf. hincin plumbum min-  
erale, & mercurium, & alioz. Hincin aut Sac-  
cari Saroni, aut, ferocius dolor, ab usf. li-  
cari, ex propria mamma calde infusilli,  
aut denique ab adstringentibus pulveribus, si

haemorrhagia constringe, adfudendum non est.

(2) Herino Mercuriale in Consilio Med. ad

cautum ferophilum laudea fuisse, & fer-

philum ex leontis, & aets aetervino, vel ar-

gentum fulminum, & eae plantaginis ex frigore,

vero necius an in postremis operibus illud publici juris fecerit, nesciis ducrum, agyrtarum, & circumforaneorum more, illud cum Medicina, & proximi detimento reticere (debent enim arti Hippocraticæ addicti prælo committere ea, que utilia inveniunt, & salubria) ecce formulam.

Felli bovinu in sua cysti integro addantur tria cochlearia familia communis, & olci nucum: cysti dcinde, aliquo temporis intervallo, aut Soli, aut levissimo calor exposta. Stupibus ichore illo humectatae, bis in die scrophulos (1) tumoribus aptenter.

In Nobili Juvene triginta annorum, adstante Sapiente Viro Franciso Guadiano, expertus Chirurgus, Brixianu Xenodochi lithotomus, Antonius Tonolinus, non minus curioso, quam liberter novum hoc, ut ajebat, remedium a me prescriptum, executioni mandav. Mirum dictu: spatio quindecim, vel viginti dierum durissime inæquales protuberantie subitus maxillas, que aliis remedii non colerant, e voto soluta sunt. Verum (quod silentio præterendum non est) cum annona nunquam extirpata fiplysis eodem tempore decoctum ale-xipharmacum specificum poufularer, adhuc harco incertus, cuiusnam perfekte, & in toto, & in parte obtenta salus tribuenda sit.

## HISTORIA VIII.

ULCUS AURIS AB ICTU EXTERNO CUM  
DOLORIBUS SUPPURATORII,  
ET AUDITUS LÆSIONE.

**25.** F Ueritatem fanguinis lento in tortuosis meatus auditorii anfractibus sensim quietescens, proindeque accerrimam indolem, & suppuratoriam diathesim constitutens: num vero violenta, olim facta, & mihi memorata ab ipso Nob. Patiente ex ictu externo contuso (2), que, dilaceratis aut comprefisis nervois, vel sanguiferis auris sinistre ductibus, aliquius fluidi extravasationem produixerit: id unum certissimum in praesens est, internum probabilitate callosum ulcus præcipuas artis

F 2 nostraræ

(1) Praxis docebile, num vera fin, que affec- secundum sive a fructu suum terrena non font, verante affirmat Hippocrates, Lib. de Cœsi (2) Ut notat Dulcis in Encyclopediæ Chirur- predictionibus: Stromæ pugnatum gastrum, suum ex ratiociniis Lib. 10.

nostre requirere meditationes , & remedia . Etenim exitus per vices puri sanguinis , dolores supparatur per tempora favientes , ichorosi denique puris perpetuo exillantibus excretio , indubia sunt ulceris testimonia ; atque hujuscemodi ulcus non solum in meatu auditorio latitare , verum etiam ipsius larynxi , & cochlearum procellos impetrare , suadent tum auditus lesio , tum purulentum ichoris in palatum defensus , quoties in opposito lateri fonsnum capere intendaat . Quod licet dari possit citra fistulorum cuniculum , quia naturale foramen patet , attamen cum exile admodum sit , vixque aeri pervium , quoties feculenta laticis transitus facilime promovetur , conicendum est , a praterfliente pure internos parietes abrasos fusile , ideoque & ipsum esse ulcerosum . His addamus , quod cum difficile sit super affectum aurem semper quiescere , quando in adversa parte inclinato morboſi ductu , puer mechanica lege defendere cogitur , non solum tullim multoties jam expertam parturit , verum etiam corollis uvula , aut trachea , vel esophagi summittatibus , vel ultra secundum corporis inclinationem , aut repletis , aut defendente pejora symptomata in motu ponet .

Curatio propterea , quoad fieri potest , ultra procrastinanda non est . Ideoque cum ab antiquo organicae partis virtutis labes aliqua universalibus fluidis addita esse possit , & contra perfectus iporum status ad partis salutem collimet , prima indicatio in eo erit sita , ut fluida ad meliorem fuarum particularum perifalafim reducantur , meatus , totaque interessa auris cameratio detergatur , itaut , coniunctio etiam callo , illo operet , laudabilioribus inde sarcotici optata cicatrix contingat , & producatur . Proximo itaque vere ad asestam inclinante , alvo leviter lenientibus excita , & adhibitis per hebdomadam echoracis , frequenti vulnerario decocto , interpolatis quandoque purgantibus , per triginta dies utendum est : v. rad. chin. ii. lentic. c Chio , vise querinci  $\frac{1}{2}$  t. & inf. per noctem in aquam qm̄. fat. mane add. hedera terrefris , veronica , tormentilla , biflora , flor. hypericonis , rad. aristol. ro.  $\frac{1}{2}$  pug. i. bull. ad rem. & xii. pro diuibus vicibus , & sic deinceps . Ultius in liquida , que sub perennis fluxionis nomine , ad caput auremque confluant , non minus supradicta decocto dulcent , verum etiam alio deriventur , & influant , aliquot doliosis aqua calida replete , alterutrinque poſitis , fluaviter , prout peculiaris idiosyncrasia feret , sudores omni mane promovendi sunt

sunt per quadrantem , per dimidiā , per horam si lubet , habito semper refecta ad vires , ad tempus , ad concomitantium circumstantiarum varietatem , prout aliſſenti Clinico videbitur .

Dum hac execuſione mandantur , manus non vulgaris aurī affecta admovenda , & candela cerea , aut speculo plumbico , vel argenteo tortuſi ducūs ulcerosa inæqualitas tentanda , obſervanda , & adamum ſum consideranda eſt . Linex quoque turndae ad necclitatem modulante intromittenda ſunt , & ad aliquod tempus relinquentia , ut receptae impreſſiones ad latera nobis pateant , & doceant , aut figura , aut colore , ſcilięe puris vel fanguinis , vel naturalis ceruminis , vel omnium hoc vel illo loco receptorum . Poſt hanc , ulcerofus finis fluoriter ad injectionē disponatur vel lačē , vel aqua hordei , in qua potesta ſolvendū erit mel roſatum , deinde unguentum aegyptiacum , poſtremo precipiatum , aut ol. vitrioli , in parva tamē quantitate , ſecundum partis toleratiā , & calli reflitentiam . Ut autem injectiones , in quibus curationis cardo conficit , quia ferrum & ignis non convenient , e votu repondeant , iaphonis cannula ita accomodanda eſt , ut medicamentofus ejaculatorius liquor versus prementem manum non revertatur , fed abſcondita auris penetralia ingrediatur ; quod facilime obſervabitur goſtypoſi lateralī ſummitati cannula circumligato , externumque meatus auditorii foramen affibra obſtrucere , ut coercitus liquor circumquaque , ut ita dicam , violenter diffuſus , larynxi ſpicum totamque cuniculofam auris tendentiam ſubeat , & medeatur . Ubi autem conſtabit de detero ulcere , aliquatenus vivificatis affectis cavitatis lateribus , & nativo calore in motu poſito , ope lačis virginalis , aut linimentū ex foecia ferri , & acetō ſervefacto , quo Galenus uti ſolcat , balsamicę inde immittende erunt injectiones aut vini odoriferi ex farcoolla alterata , aut balfami Arcēi , vel de copaya , aut falviae fucci , aliquot guttis ſpiritus terebynthinez irrorati , aut adhibendum ſuffumigium ex mastich , myrra , & thure param .

OBSER-

O B S E R V A T I O  
IN ULCUS AURIS.

26. Quid in supradicto *Ägero* contigerit , ob sumمام distantiam necio : sed id unum animadverto , non alia fane , ut diximus , via ulcus auris curari posse , quam per injectiones , quarum modis , & instrumentum egregie describitur ab Aquapendente , ut vidori potest in Bibliotheca Chirurgica Mangetti pag . 149.

Addere etiam non teat *iis* , que diximus , remedium a Galeno probatum in curandi aurum ulceribus , trocicos scilicet Andronii in aeto dissolutos , qui sequenti modo conficiuntur . *v. Balauftorum* , atramenti futori *aa. s. i. Exciptantur omn. melicrato* , & fiant trocisci . Vide Joannem Vigier.

## HISTORIA IX.

MYOPIA , SEU VISUS DEBILITAS IN DEXTERO POTISSIMUM OCULO OB NIMIOS  
IN STUDENDO LABORES .

27. Visus debilitas in dextero praecepit oculo tribus ab hinc annis enata in Religioso Adolescentem Ordinis Predicatorum , licet ab aliquo liquorum oculos alluctantium dyfractia , vel vifciditate poflet , attamen , si utramque pupillam , tunicam corneam , liquores , & mechanicas structuram nullis adumbratim maculis , aut calagine intuemur ; si optime totius temperamenti confractiōnem , ad calidum quidem , & humidum vergentis ad examen revocamus ; si denique argumenta sumimus a propria perenni valetudine , qua haec genus gavisus est , atque a Brixianæ aera qualitatibus , non adeo frequenter oculorum morbos producentibus , in eam devenire sententiam cogimur , ut credamus , praeceps a commissis in studendo laboribus , nimiaque animi , nervorumque optiorum contentione in mathematicis figuris , & machinulis delineandis , quibus summopere delectatus est , oculorum texturam pedetentim labefactatum fuisse . Quapropter juxta infallibile illud principium , quod , remota caufa , tollitur effectus , non alio

alio fane modo curatio dirigi debet videtur , quam ut post stercor a studiis penitus abſtineat .

Verum cum etiam Pārens suis interdumi ophthalmis corruperetur ; cumque hyemis tempore Religiosi Patientis oculi vix expergefacti fanguine tumcent , objecta ad duos aut tres palpus distantiā vili non cernat , & quoties licito litat mero , illico vis videndi obnubilatur , ne aut , pulcherrimis licet ab extra apparentibus oculis , guttas serena exordia fiant , aut in solidi tunicis inertia , vel crispatura invalefacit , aut denique in liquoribus vifcidicula ſtaſes , praeceps inter corneam , & crystallinam , cum Galeno (1) , concrefant , utique fudat methodica ratio , ut superflua a natura uitibus humores ad infinita emifilia pellantur ; ut fanguinis mafsa corrigatur , cicuretur ; utque specifico aliquo remedio (2) nobilissime partis tonus ad naturalem statum reducatur .

In hunc autem finem cum instans jam canicula curationem praefentem prohibeat , hoc interim ſpatio ſuperfcler cogitandum , num acidularum potus , num balnea optati effe poſſent juvinatis , quod Mantuanis Medicis , quos verius Äger iter facit , judicandum , & exequendum delegatur .

Incipio vero Septembri , facta fanguinis mifione , & , poſt ſumum lumen a peculiaribus ipius qualitatibus , eadem , quantum opus fit , repetita ( ait enim Hippocrates , magnus ille non honor , aut gloria , fed veritatis (3) amator : *lippitudinem (4) foliis vena ſectio* ) per epicrafim promovendus erit vifcidorum excrementorum exitus , pilulis de succino Cratonis per intervalla ſumitis , & interpoſito ſyrupo ex euphragia , & roſis albi ; humectatis vifclimi oculis collyrio ex faccaro Saturni , vitriolo albo , & aqua plantaginis , in qua plures thus accensum extinxerintur , aut ex ſelle , melle , & ſucco foeniculi , aut ex aqua marina , & origano , ut partis vigor conſervetur . Utar vino albo (5) , & dormiat cruribus retractus ; ne ita facile in caput ferantur vapores (6) .

## OBSER-

(1) De Uro patiuſ.

(2) Iulus Cesar Claudius in Confuſatio-

nibus Medicinalibus laudat viperina.

(3) Sic de illo loquuntur Bartholomaeus Sylvanus Lib . de Arva lib .

(4) Secundo Epidemiam , fectione &

(5) Vide Bibliothecam Chirurgicam Man-

getti Lib . XIII . pag . 255.

(6) Mangetus ibidem .

O B S E R V A T I O  
I N M Y O P I A M .

28. ET si multa jam profert pro curanda virus debilitate re-  
media ; quia tamen , teste Macrobius (1) & Plinio (2) :  
in fodina *äris* , & nitri *operariae* non *ippianum* , patet quomodo  
colliria ex hinc mineralibus parata , in oculorum morbis utilia  
esse possint .

## HISTORIA X.

OPHTALMIA RECURRENS , FRONTIS ET  
TEMPORUM INFLAMMATIO , GALLICA  
LUES ORIGINARIA , ET CONFIRMATA .

29. ILLUSTRISIMUS Vir quadraginta circiter annorum , tem-  
peramenti calidi & seci , & ad iram proni , ortus ex  
Matre fana , sed ex Patre , qui ob Gallicam luem & vita mi-  
gravit , ubi ad decimumseptimum sua etatis annum perveni-  
fuit , enormi variolarum eruptione cooperitus atque obrutus , ta-  
lam veluti debilitatem & vitium in oculorum tunicis , mem-  
branis , palpebris & circumstantibus etiam musculis conrinxit ,  
ut frequenter torqueri , & corundem ophtalmica inflammatio-  
ne labore coactus fuerit . Hinc post triennium accessit Gal-  
lica lues , quam Gualterius Harris Medicus Londonensis *venen-  
num* appellat (3) , decoctis quidem curata alexipharmacis , sed  
iterum contraea , & ad multos annos revirescens in humili-  
ribus semper tantummodo locis , cum rubor fixilice feminalis  
per urethram ichoris , & bubone in inguinibus .

Quia vero aucta estate , aut femel , aut bis in anno , fem-  
perque ad plures menses perseverans , in promptu erat ophtal-  
mia , cum oculorum accensione , interdum quoque cum virus  
lesione , & tenacum palpebrarum immobilitate , turgentibus  
frontis , & temporum musculis , varia vario tempore admini-  
strata fuere artis praesidia , ex omni Medice facultatis prom-  
ptuario petita ; cathartica fixilice , caputque purgantia , fet-  
eca , velicantia , pediluvia , que tamen ob pedum dolorem  
omissa

(1) Lib. 7. cap. ultimo .

(2) Lib. 31. Hist. Nat. cap. 10.

(3) Diffr. de *Loc Venerea* , *Opus origine,*

*natura* , & *curatione* .

omissa fuere , pluresque venae sectiones , quae aliquod afferre  
levamus videbantur .

Verum anno 1728. refreviente iterum morbo , panaceam ,  
Clarissimi Vallisnerii documentum , sumit mercurialem , & po-  
strem hisce annis in usum positis fuerunt aquae Hirmenes ac-  
cidulae minerales , dulcificante , pilule mercuriales purgantes ,  
collyria , cucurbitulae , sed omnia absque ullo juvamine . Este-  
nim etiam circa manifestas causas in rerum non naturalium ab-  
usu dira affectio reddit .

His igitur stantibus , cum arduum propemodum sit tolle-  
re vitium & laesonen illam , quam in oculorum regione , &  
principi in solidori inferuentium coordinationibus reliquie  
energetica variolarum activitas , reliquam sane est , ut , cum  
videamus tamen Patientem ad plures interdum menses bene se  
habere , nostri conatus dirigantur ad compescendum sanguinis  
aestum , ad dissolvenda fala , & impura sulphura , atque ad  
imas laxandas partes . Sie enim morbosca liquida caput impete-  
re definent ; sicut lex orbis cadem in altum urgebit , vel fal-  
tem nocendi aptitudine orbata erunt .

Quia vero praeſentis lator erit ipſe Patiens , ideo ulterius  
non divertam in referendis actis , in examine caſaurum , loci-  
que affecti . Addo dumtaxat , igneum temperiem , fervidam  
viscerum abdominalis constitutionem , & irrequieti spiritus  
dominium aliqua remedia respuisse , multa , & præcipue colly-  
ria non admisſe .

Ob id in praesenti favorabili temporis constitutione non fa-  
vilationem mercurialem cum Chriftophoro Jacobo Treu (1)  
propono , fed potionem , & balancationem aquarum Luce lau-  
davi , & Nob. Ægrum patrio inibi aliquo Profſori , quem  
sapientissimum augor , lubens remisi , ut decernat , excequa-  
tur , & raptim scribenti parcat .

(1) Condit. Farnesiana velocities habent & de  
fici plenus ophtalmicus , atque amansus latente  
tandem laborantibus longum sicca insulitum mer-  
curiorum provocati , per vite obfuta , ophtalmicus  
exclusus velut per naturam redire .

# HISTORIA XI.

HERPES IN CAPITE, LUES GALICA IN  
TOTO POST UVULÆ ET TONSILLA-  
RUM INFLAMMATIONEM.

30. **V**ir quadragenario minor, picroholce temperie ad adulam vergentis, in ipso juvenitus exordio ex febre quartana felicitate clausus, anno 1732. ab impuro scorto virulentam gonorrhœam contraxit, cum successivæ ulcere circa penis glandem, quo quidem opportuni remedii mitemperie vi fa sunt. Verum novis pariterque pollutis illecebri excitato, & capto, iterum feminale colliquamentum per urethram fluere coepit cum aliquo ardore, & dolore, quo acta menjendi exacerbabantur tantaque, & dira fui virulentæ hujusce contagii activitas in urethra parietibus, proflatis, capsifusique feminibus insculpta, ut, spreta omnium medicamentum, etiam specificorum, administratione, in circumfuntibus liquidum labem, in propinquis glandularum, & utricularum folliculis vitium produxerit, unde Gallicus bubo ad radicem penis in inguinibus eratus est, cum quadam cornicula a bali sursum gracilescere, quod suppurationem minitari videbatur. Neglecta interim, aut ob adstantis Chirurgi foecordiam, aut ob ipsius Patientis negligentiæ, seclione, sensim sine sensu evanuit tumor, latenter muriatricum contagium (quod a magno Pavavina Universitatis lumine Alessandro Macoppe *corroso-  
rum partium solidarum, coagulatrum fluidarum* dicitur) in sanguinem absorptum, totam economiam animaliem labefactavit; unde Chirurgice artis Professores, quando de hernia suspicio absit, faciliores esse deberent in hisce tumoribus secandis, etiam si nondum ad perfecitam conceptionem pervenerint. Quamobrem, ad aptero emiliario, morbo recrementa exunti ipso clauso, universalia nulla inficiuntur; & in praxi piores non occurruunt hujusce morbi effectus, quam illi, qui retroacto buboni succedunt. Hinc Ægro melius, licet sero, postmodum relapsienti, ardente sifio, fistula instituta fuit in ingue, cum abundanti expurgatione, quo tamen cessit, continuo, & replicato sibi decoctionis etiam fibriate ex guajaco & similibus. Verum autumno 1736. novis urgentibus virefec-  
tis

tis Gallice huius symptomatis cum uvulae, & tonsillarum inflammatione, curationem Brixiae instituit, uisu mercurialis panacea, quo producitur pyalifino & gingivaram exulceratione, cum abundantia exitu spumosa, & filamentosa lymphæ, abolitum penitus esse curationis opus, promittere videbatur. Nihilotamenminus post paucos menses, hyeme feliciter praeterita, crustaceus & ulcerosus herpes, capitis peripheriam operire coepit, nunc fronti, nuncincipiti magis aut minus molestus, tandemque in occipite, in praesertim radicatus cum multiformi pustularum eruptione, quo licet aliquando minitur, aliquando cum puritate, & dolore (i) protuberet, attamen, quia nunquam penitus solvit, timorem Patienti de non integre subfatio morbo incutit. Ob id ne in pejus ruat, lapta jam praesenti hyeme, iterum curationem tentandum, morbumque radicum tollendum in votis quis habere non poterit? Et licet quae fieri possint, facta jam multorum videantur, atamen quia ratione confusa pothabenda non sunt, aqua igitur judicii lance considerandum puto.

1. Specifica decocta fortasse Gallicum virus integre non edomissum, atque in penitissimi viscerum maxandris reflitissimum aliquas heterogeneas naturæ particulas, quo, data aliquo motu, aut procatharticae caute occasione, in fanguinem refluxus antiquas serumnas sufficiare possint.

2. Adhibitum panaceam, producto sanguinis, & totius lymphæ colliquamento, per pyalifinum exitum exotica cruditas molitam huius. Cumque, stante peculiaris hujusce temperamenti dispositione, ad capitis arcem quavis liquida inclinet, & etiam ante contractam labem caput laboraverit, hinc est quod ab elatia hydrogravi vi in motum positis, & inibi per omnes venas impetuoso appellentibus liquidorum omnium undis, scutis in gingivis, palato, & jugulo, ita etiam in reliquis corticalibus partibus aliqua continui solutio producta est, quo pedisquam habuit fibrarum laxitatem, & glandularum inertiam; quare acries ichores harent, novo indefinenter commutati aluntur, fermentantur, suppurrantur, exfescantur, hic illucque serpunt, variaque exanthematum, & tenuium tubercularum eruptione, pustulatum occupat efficiunt.

3. Morbosam peculiaris idiosyncrasie symbolitatem syphilitidis

dis virulentiam confirmasse. Etenim falacitas, plumbeus, luteridusque *Ægri* color, irrequia fala, atrabilare subdominium id iam fatis ostendunt. Quare scutis flamma, aut fumus flamman allicit, & aquæ guttula in amplexus alterius guttula ruit, nil mirum, si nativis, & adventitiosis aciditatibus in triste confortum nuptis, & lascionum momenta emerferint, & concoctioni morbus relucretus fuerit.

II. Facillima lymphatica catharralis materiae producio, atque a toto cruce separatio, itaut etiam citra non naturales caufas, aut peccus, aut caput frequenter opprimatur, ut evenit clauso mente, in quo ex perenni fluxione infarctis, tensis, & dolentibus maxillarum ligamentis, dentium alveolis, ne dicam radicibus, de ipsorum extractione jam agebatur.

III. Denique affectio hypochondriaca, cum semper aucta flatum productione, melancholico etiam subdominio accendeat, adeo vel majora timens, vel de priftina valetudine desperans, propriam temperiem frequenter criminetur.

Ob id cum nativam solidorum constitutionem immutare arduum sit, ex dirigere putabant Brixianos Professores artis co-natus, primo : ut, producta in solidis elasticitate, attenuaretur crassiorum humorum amara, sive liberori pede & sanguinis, & liquida omnia inter bronchiales fistulas, & pulmonum vesiculos discurrenter. Secundo : ut praedictetur sroste deflatis foiboles, aut faltem per confusa excretoria, aut nova ad aperta emularia corrivaretur ; opus curationis deincepsificendo confluis : hoc est, ut solitudinem, & quoque mentis labores vicit, societatem ameret, hilarem vitam ducat, & pri-marium remedium in semeptimo quart.

Et urgente morbo, atque ad præservationem, semper laudanda sanguinis missio. Seneculus enim adhuc viridis est, neque alio modo produci potest substantia, cune pectoris levamine, ad partes inferiores derivatio ; & immunita liquidorum quantitate, fanitas magis in tuto erit, pollebunt solidorum momenta, facilissime tollentur aequilibrii difficultates : quod quidem utrum ab hemorrhoidibus excedendum fit, an potius ( ob affectum ab hypochondriaca passione len ) ex vento, quae est ad annularem digestum sinistra manus, & de qua olim tot quefiones inter Veronenses, & Brixianos Medicos obortae sunt (1), consulti oraculi judicium fit.

Ad attenuandum vero lentorem, proximo Septembri serum lactis præscribi posset, aut destillatum B. M. factum ex ap-

(1) De Quædam Medica, altera : utriusva j. M. Mendelssohn, & Bartholomeus Gajus traxita. Item medicis foibolis j. v. von, qui eis ad annas digestum, & manus ad extirpationis Alzatu. MDLXVII.

propriatis etiam vegetabilibus, diluentibus, pectoralibus, hepaticis, antiforbiticis, intermixto semper balsamicorum ulu, ut solidorum potentie reviviscant : & quia nimis longa necessaria esset medicaminum administratio, ut tolleretur in origine catarrhalis lymphæ proventus : forsitanque incasum etiam adhiberetur, reliquum est, ut saltem effectui provideatur, bal-samica illa, & præcipue terbyntinata feligendo, quæ diuresim possint promovere.

Adeo enim in casu nostro necessaria evadit extra corporis peripheriam noxiis hujuscem feri separatio, ut de fonticulo in brachio imprimendo, licet ætas, & suspecta liquidorum dialys obstant, etiam a Profefloribus magni nominis misitatum sit.

Attamen cum agatur de tanto Viro, de Ecclesia, de que urbe nostra optime merito, neque supradicta, neque tot alia excogitabilia remedia tradidit, refractionis : neque ad usum revocabatur, nisi togata Patavina adspiculatur auctoritas, a qua, post Deum Optimum Maximum, magnum aliquod alexicanum pro salute Nobilis Patientis expectat, suumque obsequium addit &c.

## HISTORIA XXV.

### ASTHMA, CACHEXIA, HYDROPS INCIPiens.

74 **V**iscidorum lentorem a naturali dominante acido, & venero miafmate confirmatum, alias erysiphilos tumores in cruribus induxisse, nunc vero in pulmonum parenchymate, ejusdemque glandularum productionibus suas particulas depositas demonstrant, tum difficilis respiratio, tum si-bilis, & flertor quoties ad altiora progrexi occasio fert : ideoque non minus de aucto jam per intervalla afflimate, & universalis cachexia, verumciam de hydrops principio, nobis pertinencendum in praesens fit. Cum autem viscerum principium vitio id productum videamus, atque annoe spleneticus fuerit, & in hepate, & pancreate renitens durities tentiat, cum aliqua dependentis arterie pulsatione, coniciendum est, ex violentissimis animi pathematis, fermenta omnia suis acti-vita-

vitibus orbata fuisse, ideoque sanguinis encyclicum motum præpediri, chyli apertioem tolli; nerveoque succo spiritus effuso, ocellans fibrarum elaterium in dies evanescere: quod clare innoteat ex superbenti in utroque geno, & pedibus edemate (1), cum valorum lymphaticorum ruptura, hydro-pem minitante (2), etiam post peractas purgationes, & ventrilia medicamina, cum biliosis dejectionibus, aliqua fit, & urinæ diminutione. Medicæ propteræ indicationes co-llent di-rigende, ut ventriculi acidum corrigit, intestinalis quisquiliæ dissolvantur, lymphatici laticis tarditas ad motum, ad loca exercitaria stimuletur, viscera obstructa aperiantur, additio-que solidis omnibus robore, liber commutat, & circuitus in sanguine, & fluidis reformetur, & vigeat. Syrus de spina cervina aliquot foliis senne actuatis, intellina mundando, viam flernet alius remedii. Omni mane præmitatur bolus ex extraicto gentianæ, scopolendriæ cum guttis vi spiritus fuliginiis, cui superbit t. iii. circiter aquæ fibriatae, additis x. granis salis ex thecis fabarum, aut volatilis urinæ. In pan-dio quotidie utatur decoctione radicis enule, arristol. rotundæ, raphani sylvestris, pulegi, centauræ minoris, calami aro-matici, vitatis que naucleam movent. Vinum medicatum sit cum abysynthio, citrach, corticibus fraxini, ulmi (3), & chalybis limatura, aut infundatur in doliolis tamariæ; em-plastrum tabaci, aut malagana. Allophanos, aut ex stercore caprimi Oribalis (4) cruribus applicetur, aut arena maris.

## O B-

(1) Quod Nicolaus Ueßius curabat fato-  
fronsiæ curvi, max fisi, max apas ferente  
territu, & lateribus cedis prode cælestis fep-  
tis.

(2) Seri ex duabus collectio pluri-  
fem per faciem ei t. quia ex quiete pararet, &  
ipsa videra etiam præcipua corrumpat, & redi-  
cte amittat. Cetera medicamenta in Lippstadi-  
bus Opusculi in Acta Epidemiarum Vol. III pag.  
infusa T.L. pag. 467 ubi hanc prodit a Me-  
dico Berxiano obseruata. Encyclopaedia ac alijs nro-  
Aeskonia Dicimur. Deinde pag. 474 num.  
XXXIX.

Hydrocephalon in substantia

medullari cerebri.

Excelsiorum Doctri mister Bernardinas Tatt-  
inus, hydrocephalus percuti pess doss vita au-  
tur extintus, in prefatoria anniversaria Medicis-

ne Delirium difficiat; cumque nullum leonis fi-  
gum apparet, neque nullum, neque intra ex-  
temum, neque in tibi corticalis cerebri par-  
titione, neque in corporis exteriori, sed in tibi  
cortice operi, tibi medullaris foliis, sed in den-  
tibus Tonsoribus præcoerat) corrigit, & in aqua  
enervia apparent.

Indicationes maxima purgatione, cum leonis si-  
gnis, neque in tibi corticalis cerebri par-  
titione, neque in corporis exteriori, sed in tibi  
cortice operi, tibi medullaris foliis, sed in den-  
tibus Tonsoribus præcoerat.

(3) Ex parte Gottliebii Senni, & auderi-  
tatione & experientia mea pro hydropsi-  
corum curatione lundt cortices ulni. Vide A-  
ca Germanie Vol. III pag. 70.  
(4) Cap. XVIII.

OBSERVATIONES  
IN ASTHMATICOS.

## I.

*Externa remedia quando adhibenda:*

75. **A**Nimadvertisendum, num anhelofa respiratio, fano ex-  
flente pulmonum parenchymate, aut & ipso una  
borante, pendas præcipue ab infarctu, quandoque ob lunæ  
motu, & anni tempora (1) fluxionario, aut quocunque alio  
vitio musculorum ferratorum in postica superiori, & inferiori  
parte exsillentium, aut in levatoribus coltarum Stenonis, aut  
cervelebus Diemerbroci. Tunc enim externa remedia perbel-  
lorne conferre poterunt, inunctionibus, fomentis, frictionibus, cu-  
curbitibus (aliqui addunt iunctiones, scarifications), quibus  
mediis adherentia internis valorum parietibus obfuscata remo-  
veri poterunt, angustias tolli, & languens fibrarum, & solido-  
rum vigor subfiniri: quod facile a Tyronibus cognosci po-  
terit, si actu respirationis capsulae elevantur, sterior in in-  
ternis bronchis non audierit, aliqua in musculis tensio ade-  
dit, cum doloris sensu, actu pressionis conjuncta.

## II.

*Purgantia, & vomitoria interdum adhibenda.*

76. **Q**uanvis nos cum multis suspectam, aut parum utilem  
notavimus cathartis; nihilominus, cum, faciem praæ-  
ferente Helmontio, in præsencia sua fuerint asthmata extorroris  
cura pharmaci, non negamus, posse & in ventriculo ex-  
istere caufam agrititudinis, hanque aut velicitas nervorum  
paribus respiranti organo communicat; aut enormi inflatio-  
ne dia phragma, & superficies pulmonum alas comprimentem;  
aut depravato chyloris magisterio informem amurcam sanguini  
tribuentem, & ecce ejusdem statas (2), & reliquo humoro  
concretions (3) in bronchis, atque in tota vesicularum  
rum

(1) Ut nota Ermanni.

(2) Quæ non video difficiles sunt, si ipse fan-  
guis, in flum extim naturali interdum quisiti,  
ut in Epiphilia ad Abbatem D. Guidonem Grandis  
de casu morbores motu agens, aut doctrinam  
Ægros iugulat. Vide Villhelmum Benzi-  
nianum Nebulam.

antes Poleni: Paro sanguis, qui personæ in  
contrarium cordi sanguinem, quando in eo est, in  
quæ veluti e.

(3) Ex quibus elefant illæ oboriantur, que  
de casu morbores motu agens, aut doctrinam  
Ægros iugulat. Vide Villhelmum Benzi-  
nianum Nebulam.

rum propagine. Quare patet , & purgantia (1) , & vomitoria (2) aliquando esse adhibenda, ut olim Timaeus (3) in fene, reliquis remediis frustra usurpati , feliciter executioni mandavit (4) .

Porro cum videamus a pulverento aere (5) , a vaporosis effumationibus , & potissimum a commotis cubilium plumaceis illico turbatam atomorum , & minutissimorum particularum , accrimam indolem redolentium , congeriem , media inspiracione , nervorum , & fibellarum systema irritare , convellere , & diverso modo modificare , itau anhelitus iactu oculi efformetur , caducumque pulmonum in promptu fit , ob irritationem spasmodeice contraxis vaforum productionibus , & finibus , impedito sanguinis commutari : flatuendum certe est , nec reciprocum spirandi motum semper a lenteiente pituita intercipi , nec in ejusdem morbi curatione illa deberi omitti remedio , quæ valent spirituum animalium tumultum compescere , foliis corrugationes emollire , nervaque propagines homogeneas balsamica maledicere oblinire .

## III.

*Aer medicatus in asthmaticis aliisque pectoris morbis admodum utilis .*

77. **Q**uia vero per ventriculum , per mesentericos ductus , uno verbo , per sanguinis ambages agre remedia , & refractis viribus , atque immunitis , ad thoracem , ad partes affectas pervenient , laudanda summopere est methodus , qua olim Venetum Patriitum , quasi conclamato pectoris morbo laborantem sanatum audiui , nempe effumatione in conclavi angusto inspirata , ex balsamo orientali , vulgo *dalla Mecca* , supra ignem projecto . Quæ sane medendi methodus cum illico ad partes affectas perveniat , atque ab Auctoribus magni nominis celebretur , signanter in praxi observabant Clinici , num in uno , vel altero sulphur , milpedes , belzoinum , folia roscarum , myrra , flores pectorales , papaverina , gummata , faccharum , aut quodcum-

(1) Quibus Poteris opista addit .

(2) Vomitoria jecunt in asthmati honestari . Bas gloria in Lib . I . *Præcessa Medicæ* pag . 67 .

(3) Vide Rolandum in *Thef. Med. pag. 103.* & Hoeftner in *Herc. Med. Emetica proponentes* , ut media illa incusione , flagrantibus amut-

ex , que alias remediis reducta sunt , & vo-

to exprimantur . Inter que laudanda metuenda

sysypus , deinde facies exprefsi vadit et profa-

ctio , & tunc invenimus pulmonum inflam-

ationem ex heliodora alio .

(4) In quo multobus sal pasticis adest . Da-

lens pag . 186 .

cumque aliud thymiam pro re nata , & pro conficiendis ad usum trocificis , addenda sint : haec tamen lege , ut incidentia in asthmate humidu , nervina in convulſivo , balsamica vero , & specifica in phthisico statu adhibeantur (1) .

## IV.

*Vitra pro aeris medicati suffitibus .*

78. **R**evera medicati aeris , suffitumque usus invaluit ; ita ut venales in Venetæ urbis officinis prostant vitre tubi in flexura lati , gracilescentes in extremitatibus , per quorum unum liber purus aer ingreditur , atque innovatur , & per alteram in ore *Ægri* , aut prope naris positam forbendo trahitur . Quare cum in declivi latioris tubi flexura , in bullientem aquam demersa , orientale balsamum , aut qualifimumque alter medicamentofus liquor positus fit , ex mechanica necessitate reciprocans transfluenque aer alterari , & induere debet illas vires , quæ huc , vel illi morbi latenti opitulari possint .

## V.

*In asthmate sympathico pectoralia parum utilia .*

79. **P**ro observationum coronide addere etiam lubet , quod in anhelitus curatione videndum etiam est , num morbus efficit sympathicus , quo casu bechica , pectoralia omnia in pateum jaeta essent . Scilicet si ab utero , si ab obstruictis hypochondriis , sive ab affectione fortasse scorbutica , in sanguine delitescente , spasmodeice pectoris angustia penderent . Quamobrem , facto morbo sydromis examine , laboranti visceri remedia aptanda , & agritudo curanda est in origine .

## Q 2

## Re-

(1) Solitus præcipue in phthisicis adhibendos car anche l'aria , i' ingegnava di portare a dirittu memorat doctissimus Vir Carolus Franciscus Co- se il rimedio se le sentisse offese parti del corpo , e fagiustamente le sentisse , e se le sentisse male , perciò che , lo dice per la natura del chilo il rimedio a non se grangio , e grande flotta in folla forma si vede qui apertamente l'industria del San- tomo , che farca traesse profito dalli fumimenti , e da- masi , e fumazzati , ed soffranti , e intrezzati dalle machine della Fisica , conciagliate tal modo .

## VI.

## Remedia asthmaticum affectum curantia.

80. AD remedia (1) quod attinet, jam penes auctores propter immensa extat iporum farrago. Quoniam vero in Praefatione promissimus in medium laturos ea, que vel arrident nobis, vel in praxi nostrâ proficerunt, dummodo Aer ex althmate gibbus (2) non sit, en illa parva habe. & rad. enu-  
la campanæ, falsi prunellæ gummæ ammoniaco soluti æ. s. ii. flor. sulphur. flyb. diaphor. spec. diaires æ. s. i. cum  
melle squillitico qm. fat. f. electuarium. Optimum praepice in  
obœs, habitusq[ue] plethorico. Item laudatur mercurius dulcis  
(3), syrups de rapis, de noctiana, de succo raphanorum.  
Cartellus commendat aquam theriacalem camphoratam. Para-  
cellus illam panis porcini. Ettmullerus (4) vina medicata squil-  
litica. Scholzii fudores. D. Michaelis succum bellidis &c.  
Tabernemontanus decoctum Botrys (5).

## HISTORIA XXVI.

## FEBRIS HECTICA IN MULIERE.

81. Nobilis Mulier annorum vigintifex, temperamenti calidi, & seci, albì coloris, rare texture, ortaque ex Patre bibaci, levi apoplexia olim siderato, & Matre, cui carcinomatofus in mammis tumor mortem attulit, & vestigio procrea, prompte fluentibus ante puberitatem catamenis, ubi ad decimimumnum fuit etatis annum pervenerit, importuna nulli vexari coepit, que pedissequum quandoque habuit non minus ciborum vomitionem, quam aliquam sanguinis tincturam, qua catarrhalia sputa cruentabantur. Anno 1733, fuisse que etatis viginti mortero nupta, & post quinque menses utero gressus, pinguor facta, & interdum tufiens, foemelam peperit. Verum etiam post puerperium nimis ubertum secunditibus lochis loturæ carniuum infar, in Clarenſi oppido manus ve- na

(1) Numquam, sed in his præferim mon-  
bis bonas Præcieas diffare debet a monitis  
Hippocratis. Ait enim Janus Cornarius: *Eisam  
in his parte, quæ ad reprobationem nostram per-  
dilicemus, ne amus Hippocrates antecedit.*

(2) Gibi ex sulfure nuxinatur: ait Hippoc-  
crat. Aphor. 46.

(3) Vide Riverium *Catharticos* exhibentem.

(4) In Collegio Prædicto ac Althmate.

(5) Gummæ ammoniaco, oxyne felli-

cent, ipercit, & comp. herba, & coni-

fanti, que in Althmate humerali & flava-

chicis arteriis omnibus mite autocellent. Bagli-

vus Lib. X. pag. 67.

na sedta fuit, cum aqua in dies febris idipsum postularet. Et licet variis administratis remedis, ex arario pharmaceutico pe-  
titis, febris, viscerum calor, & extremonum mitefere vita  
sint, attemen & tuffis, & uterus, semperque cruentus fluor  
curationi per integrum annum reluenda sunt. Tandem Bergo-  
mi eruditus in Iatria facultate Vir, & amicus noster Gaſpar  
Cucchi, immunito iterum sanguine ob febris recrudescientiam,  
incraſantibus, & specificis, puta gelatinis, roſarum conſervis,  
urtica ſucco, & ſimilibus totius ſanguinei mafſe dialyſim com-  
pere, falina ſpicula hebetare, jam ſatiſcentes ſolidorum fi-  
bras erigere pertenavit. Quibus quidem auxiliis ſuppremis est  
ſanguine ichorofitatis per vaginæ lacunas fluxus, fed paula-  
tum adventante preſenti hyeme, & febris continua, & tullis in  
promptu fuit, cum fudoribus, emaciatione, fletore, & fibilo  
in respiracionis actu, dolore in pectoris mucronata, & co-  
ſtarum mendoforū confiō, ſputis multiformibus, nunc mu-  
coſis, nunc catarrhalibus, nunc purificoſis, interdum fan-  
guine variegatis, genarum rubore, praecipue in ſinistro latere,  
ſiti, veſpertinis, & nocturnis accelfionibus, & paroxysmis,  
alvinis ſocibus croce flavedne tindis, adeo ut tot aerumnis  
laclēta, Februario 1738. medicam open iterum poſtularet.  
Accitus propterea, & penitus prius omnibus, que ad cauſa-  
rum lumen, ad efficiant morbi, ad therapeo regimen con-  
ſpirare poterant, in eam deveni ſententiam, examinam Matro-  
nam, introducto ſanguinis colliquamento, ſolutis homogeneis  
particulis, laxata ſolidorum compage, ex acerrima liquidorum  
omnium dyſcrasia, ad tabem inclinare. Quamobrem preter  
exarata ſymptomata, cum attentiflime obſerualsem, non ſolum  
matutinis horis pulſum follicis nimis vibrationibus reciprocare,  
verum etiam ad occasum vergente ſole, polque penetratum in  
liquida chylolum laticeum, ex pancreatice ſucci activitate, &  
acore, ex fermentativa miſcella, ex particularum niſa, qua-  
quaverſum pollentibus magis exulfat, & irrequeta bilis prin-  
cipiis, arterias omnes, conicaſque carum productiones in ma-  
jorem elaterem ampliari, extendi, & clinicam manum violen-  
ter tundere: atque inſuper cum morboſorum ſymptomatum ca-  
terva praecipue circa pectus verfaretur, profundus in thorace ſi-  
bilis violenta ſucciſione tuffim concomitetur, excretaque per  
os, non ex palatini glandulis, non ex tonsilarum utriculis, aut  
glandula pituitaria fudarent; reliquum eft, ut opinemur, ex  
pede-

pedentim enatis pulmonarium loborum tuberculis, heterogeneas ichorofitites gliscere , atque ex enormi impetu , & convulsiva undulatione ad trachealia ora ascendere . Nil enim facilius , si nativa forsan præexistit respirantium vesicularum inertia , & debilitas , quam quod inibi ligenda metafata , muraticata aciditatum qualitatibus farcina suam sedem figere : & ex multiformi, sed precipue in finistro latere pustularum , & exanthematum disseminatione , infestis accedentibus hymenitis inspirati nitri particulis , thoracicum viscus vitiaretur . Quod quidem sicuti interfluentum muriatricorum laticum efflusus fuit , ita radicalis in præsentiarum morbi evafta caufa , dum ex variis hifce folliculis , pulmonique tuberculis , nunc ex turgentis acida cruditate , nunc ex puriformi ichore , ne dicamus poltemris hifce diebus purulento , disruptis , & suppurratis , aliud non minus imis faecibus , & laryngi spumoribus materies suppedinatur , verum etiam per omnis generis venas , in internis tuberculorum parietibus hiantes , virofite , & intensissime ichorofitantes toti malfae sanguine communicant & in habitualis febris , per totam quafi dixerim hyemem , nunquam intermitentes , virium prostratio , anorexis , & fluidorum omnium dissolutio , quae præter alia signa , arguenda præcipue venit ex quantitate urinæ , exputonis , & fudoris .

Præterito menœ manus medica admota fuit , leviterque cassia , & tamarindis fubducta , quandoque inctellinorum fabura ; pectorali syrupe ex hedera terrefricti , tuftillagine , radice chinea , liquiritia , & limbalibus opus pertinentiam , interjectis hora fomni emulsiōibus ex feminis frigidis , papaverinis , & teafeisis , & quandoque pilulis de cynoglosso cum spermate cocti , pulvribus haly Abb. antiehel. Poterii , & quandoque opiatis (1) humorum dialysim , fluxum , & vigilias (2) prohibentibus . Verum omnia incalsum usque in præfens fuerunt adhibita . Cumque vespertine paroxysmorum exacerbationes Patientem frequenter vexarent , magni Riccardi Morton documentum , china chima non ad curationem , sed ad affectionem moderamen exhibita fuit ; & in præsentiarum quotidie bis in die sumit aquam lacte deflillatam , scilicet ex rafuris , tantalis , herbis pechoralibus , ranis , cochleis , lumbricis terrefribus , pullo exenterata .

(1) Opiata mentosa fecitare olim opinatus est . Magnolum e Barro Brixiensem dicitissimum olim Medicum : Georgius Hafnianus .

(2) Ait enim Nicolasus Malla in Epistola Medicis XIII ad Excellentissimum D. Paulum

terato , & lacte vacino . Sed cum omnia in pejus ruant , atque curationis spes immunitar , oracula tua , sapientissime Professor , confuleri domestici opportunum duxerunt .

Tua itaque in primis opiantur monita , an supressis hoc mente mensfruis , aliquoquin flueri confutatis , licet virium debilitas , & liquidorum dialysis obstant , vena tangenda sit , & quo loco .

Dein cum phthiseos pulmonaris characteres ingravescant , an lacte utendum sit , habito respectu ad vulgatum illud : *Lacte brachientibus malum* .

Quia vero methodice indicationes eo collimare deberent , ut lixiviosi salium cuspides invaginentur , effranis spirituum tumultus correcent , roridae nutritur humiditates augentur , ulcerose rotaruntur , & scabre in pulmonicis lobis consolidentur : sic in hunc finem proponi possent pulmo vulpis preparatus , aut pilulae de cerbitchio , additis milpedibus , olibano , belzoino , floribus sulphuris , superbibendo haustum tepida decoctionis ex foliis taraxaci , pulmonaria , maculosa , botryos , ex floribus hyperici , viol. diffiditis majoris , papaveris rheados , tantillo syrupo de corallis , aut de rosis ficiis , potionem educorando . Nec spennenda sicut ferulum Saxonum in iuribus domesticis , & continua , aut frequens in ore geltatio rotularum ex pulpa radicum altheæ , gumin. arab. & tragach. in aqua papa . rheados fol. cum faccharo qm. fat.

Cetera , & bene multa , que in hoc casu adhiberi possunt , & sub Brixiano celo usuveniant , prætermittuntur , & admirabile aliquod remedium pro salute Patientis expectatur &c.

## CONSULTATIO

CLARISSIMI VIRI

JOANNIS MARIAE FRACASSINI  
Medici Veronenfis .

82. **M**iratus quidem sum , nec mirari deseo , Vir sapientissime , cum symptomatum Nobilitissimam banc Malorem infestantium sindromem , summa aliquoquin claritate , atque elegancia expositam perlegorem , te adeo obsequentiis animi fuisse , ut dicui sati satisfactus , incurabilis morbum enarrando , meum consilium poposcieras . Malum jam ad tertium tabis gradum pervenire , satis cinc-

wincimus; tum ex diurna febre accessiones vesperinas continente; tum ex sudoribus nutritum succum diffundimus; tum parvulitatis sputis, stertore, fibilo, clangoaque voce comitantibus. Idcirco Matronam istam prognostis relinquendam esse arbitrarer, nisi trito illi Hippocratis documento me oponi animadverterem. Remedia hucusque adhibita nonnisi sancta dicuntur, tamenque curationis regimen unicum sateri necesse est. Quamobrem cum supervacanca esse cognoscere artis auxilia, Theoria quoque, ex qua indicationes sumuntur, valedio. Qquad remedia tamen hoc tantum dicam, ut & tue petitionis satisfaciatur: a sanguinis missione omnino abstinentem, propterea quia talen operationem. Aegram jugulare pertimescere: agitur hic enim de sanguine nimis soluto, nec copia pectenti, omisso virium languore. Si vero propter Aegera solitum, remedium a me petis, his proponere non recuso. Septimis decotum non extra rem judico, chilitione addendo ranas, vel cancerorum eandas, & chelas, lac quoque coctum, ut sit facilis digestio; nec non Matra Aluminis convere, mihi videtur. Ceterum, & hac pluraque alia effectua aliquin remedia, nisi Sandrum interponatur auxilium, fistula esse autem.

## CONSULTATIO VIRICLARISSIMI STEPHANI PICCOLI Medici Veronensis.

83. **U**tinam verum effet dictum illud: Medicus, qui sufficit ad cognoscendum, sufficit etiam ad curandum (non dicit tamen ad sanandum); nam cum evidenter sit egritudo torquens Nobilissimum Mulierem, adeo graphicè exposita a sapientissimo, & famigeratissimo Professore affidente, fulget certa spes curationis; constat enim evidenter, ipsam rabe pulmonari laborare, cuius fundamenta, & dispositiones usque ab anno atatis sua decimonoно, jacta sunt in eiusdem corpore. Quis enim est, qui videns hominem quandam insufflentem, gracilem, excarnatum, ait Aretus, non pronuntiet, ipsius vera Piles laborare? certinus enim, ipsam continua rufi, fibilo in respirationis actu, pectoris dolore, sputis multiformibus nunc mucosis, nunc catarrhalibus, nunc puriforibus, interdum sanguine variegatis, generatum rubore praecepit in-

sinistro latere, siti, febri continua vesperinis, & nocturnis affectionibus stipata, additis etiam sudoribus, & emaciatione: qua omnia indicant leibalem hanc pulmonum affectionem, que ad gradum proxime tertium hucusque devenerit, indicantibus id sudoribus colliquantibus, & urinis pariter ejusdem conditionis. Neque infirmitati potest hoc iudicium a paroxysmatibus inqualibus cum craca flaccidine excrementorum, quasi effet humoralis febris corticis peruvianis nuf superanda; nam hic soler estatus tabidorum deferrimus a magno Hippocrate in prima taxi, ubi ait: hic erat autem tabidorum status (prater alijs) febribus autem affligebantur inequalibus, recurrentibus, etiam tertianarum natum referentibus. Neque admirari debemus, quod in hanc pulmonarem labem existimat ruerit Nobilissima. Expensus: nam omnia, quia deducuntur a temperamento, habitu corporis, quia etiam ex Parentum charæteria feminali, ex immatura, & copiosa menstruorum expurgatione, immo ex continuo uterino fluore poli partur remanente, attendunt indeam sanguinis acrimoniæ muriatica prædicti, & laxe texturæ: quia flante, lympha hujuscemodi exscrevit salsibus sanguinatis, facile potuit per tracheales glandulas pulmones ipsos hujuscemodi status deducere tabidum, & flaccido, quinquo frigiditatem proximos reddere: ita inducta secunda illa tabe ab Hippocrate descripta, qua per flacciditatem pulmonum indicatur, annotata spatorum conditione. Verum præter rationem non est vereiri, ne ulceribus etiam, quod affecta sit eorum substantia, non quidem magnis, nam nunquam erupti sanguis in copia, sed parvulis quidem exficitionibus ulcrosis a parvis interspersi tuberculati erupsi: & eis tabes illa scrophulosa a Mortone graphicè delineata, quod ostendit spumamina ipsa interdum sanguine variegata. Hisce carbibus soler etiam esse comes laxitas quadam pulmonum natura a malo influxu feminalis principii, quam observabat Hippocrates in Eurganatis filia bono morbo ex virus sublatâ: quia (sunt verba Hippocratis) in ea erat natum quoddam tabidum.

Cum pervenierit modo morbus ad supremum ferre malitiae statum ex sua natura, & ex utilitate tot rationabilium auxiliorum, possum dicere: Dii maris, & cali, quid nunc nisi vota superfluit! attamen nunc vigore tempestatis jam elapsa adeo adversa ejusdemodi egreditur dinibus, possumus non sine aliqua confidencia curationem tam proprie hue usque peractam profecti, sanguinis diffrasiam inquitam emendando, pulmonum absteruentem promovendo, balasticis

R.

mictis

miciis etiam oppugnando , pulmones roborando , & corpus renutriendo remedii despupis a medicina fontibus , quod sic Chirurgum saluto , considerando vene sectionem . Et cum hac tabes non sit a crassitate sanguinis cum plenitudine , sed potius a penuria spirituum , data summa tenuitate sanguinis ipsius , ut ostendunt fluxilitas nimia liquidorum , fonte liquationis , quam certimis , follet ferri cum maximo prejudicio : & hic est unus ex illis caibus , in quibus Hippocrates in Libro de humoribus severa setat . Sic in hoc fonte remaneat solum aliquæ innumero toti corpori peragenda , & hoc ex unguento resumptio Zaccuti , & oleo pineorum recenti . Video hinc caibum Galenus instituisse curationem duobus remedii , laeti , & balneo aquæ dulcis , quod tempitate calidiori posset institui , si res permettirent , neque colligantibus sudores praestente , vel diarrhoea obflarent , qua fortata diarrhoea si supervenirent , occurrendum est clisteribus parasit ex pinguedinosis , & elasticis injectionibus .

Percurrens pharmaceuticum fontem , post haec adhibita , aliqua panica proponam , quæ respectivo possint ordine designatas intentiones explore , a quibus ( si tamen sit locus spei ) in præci mulium levamenti notavi . Primum erit remedium liquidum ingescemodi . 2. multæ bord. tercent. v. ii. ex qua sumantur 3. vi. mane , & vesperi biborio ante cibum , vel saltem quatuor , que sumenda erit per quindecim saltem dies ; quod si aliquantum conseruentiam obseruantur , posset etiam ad ultiores dies produci . Hoc peractu remedio , enī substantia pulmonum provideretur , præscribere mihi placet aquaria caloris tercia infusione ad 3. vi. mane , & vesperi , cui primitur duo boli sequentes . 4. butyr. cacao 5. i. antribolic . Pater gr. xv. f. pil. n. ii. f. a. Post horum usum per tot similes dies arrident pilula balsamica Martoni ad 5. i. mane singula die , & confundatur ex insidem fera ingredientibus , qua proponit sapientissimus & Nobilis Vir in sua Consultatione non fatus laudata i quibus superbibat distillatum ex sanguine vitulino , Boribus hyperici , & pulmonaria maculosa ad 3. vi. Tandem clausa de curationem usu latitii humani methodo consuetu ab uberioribus recenter emanati , & inter alia plurima specifica ferculum Saxonie præcipue . Hac sunt , addito congruo cūzendi regimine a clarissimo Afflidente præscribendo , quo exarare potius in hoc verum summo affracta , si adhuc inducias , quarum in fronte imprimere etiam placet documentum : Medicus vir nauta est . Sini in saltem expotata Nobilissima Exponentis , que etiam submittit Nobilissimo Professori , & me obsequentiissimum factor .

HISTO-

## HISTORIA XXVII.

SPUTUM SANGUINIS , TABES  
INCIPIENS IN SENE .

84. **C**hristianissimi Regis classium Dux , temperamenti calidi , & seci in fenili etate constitutus , post latas media etate febres tertianas , chinachina nunc domitas , nunc auctas ; & commissis terra , marique errores præcipue in diaœ fecundum varias bellii vicissitudines , tandem anno præterito molesta , arduaque tussi vexatus cum ventriculi debilitate , hypochondriorum borborygmis , & edematoso pedum tumore , medicam opem postulavit . Quæ quidem symptomata instruendo optime curiosus ordiné aliquatenus quieteferre , & per sex mens minus Nobilem Patientem vexare visa sunt . Et noviter adventante praesenti hyeme , antiquæ faciente tussi , sensim fine sensu apparuit virium proffratio , ciborum inappetentia , & in dies semper aucta corporis macies . Hinc in riperia Benaci lacus degens , præter modum ejusdem lacus aquam potavit , ea spè fretus , quod ab aquoso fluente interne soluris biliosi ichoribus , salibusq[ue] muriaticis , exarata symptomata e voto mitescerent . Sed eventus per non fuit defidetio , aut confilio . Enata quidem subinde per mensum diarrhoea aliquod levamen afferre visa est , sed eadem suppresa , post violentissimam tussim , cum tussi aliquot uncia sanguinis nunc accensi , nunc magis coagulati per spatum apparuere , ideoque haemoptoicus factus est . Post haec non paruerunt , sed quasi dixerim puriformis , & viridicula alba , falsilignosq[ue] matres quotida expuitur nocturno præfertim tempore , temperque cum tussi , & vigilis , adeout & rorida humiditas videatur consumpta , & non solum de humorum dyscrasia , verumetiam de partium organicularum virtutio dubitandum fit . Licit autem sensus , & dolor præcipue sentiantur in regione mesenterii , morbusq[ue] in annexis glandulis , & chyli incernicili härente videatur , ut quasi dixerim , penitus abolitus ventriculi digelitiones , & sulphurea bilis proventus probant , & flatus in intestinis offendunt , nishilominus difficilior respiratio , quo evenit dum in dextero latere decumbit , & pertinax kerina tussis sunt indubia pulmonica etiam labis testimonia , ideoque & mesenterico , & pulmonico parenchym-

R 2

chymati medicas indicationes , & remedia dirigenda esse , quis ibit inficias ? Cum autem amissio inter solidam cum fluidis æquilibrio accerrimum bilis prædominium videamus , cuorique nimis frequenter per urinam , pedumque edema lymphatico connubio orbetur , hypochondria suspensa , & sica exsuffient , reliquum , & nectararium est , ut laxanti medicamine ventriculus , & annexi intellina mundentur , acerima fluidorum diathesis corrigitur , falina fanguinis spicula cœurrent , viscerum fermenta , & emollientia abdomini fibrarum laxitas , carundemque officians motus promoveantur . Arduum fatus opus , nisi proximum ver , Ægrotantis animus , absencia febris , & Plinius (1) multum spōderent . Manna fibi familiaris , caue femel in hebdomada repetita viam fletor alii remedis , in quibus jus viperinum feligendum hortarer , per quadraginta dies , in aqua hedera terrefris , & pulmonaria , irroratum aliquot guttis balsami sulphuris terebinthinati . Laudabile perinde effet destillatum in B. M. ex sera lactis cum foliis , & floribus balsamicis pectoralibus , pullo , ranis , & oculis cancerorum fluvialium . Nec defeat in eis incepit Brixiae usum feruli Saxonie . Quibus executioni mandatis , lactea diaeta laudatur , præmissi Baglivii pulvere ad aciditatem evitandam . Fomenta abdomini , & emplastrum si lubet pectori ex *falcicula glutinatiorum* (2) , aut *indicum Aeginetae* (3) , & clystères emollientes crunt utiles . Prae ceteris viñus ratio , & diaeta juvabunt . Sique Sextus Philoponus Platonicus ( Gabriele Humelbergio Ravenipurgensis Medico interprete ) fidem mereretur , equi urinam bibere posset (4) .

## HISTO-

(1) Ad Plinius lib. II. cap. 12. de fanguinis producatis : *Mobis per ora fatis tempore , et nimis per Marcius Vix vero Pteriori , et omnis annis Vulpis Satyrus ubi Prefectio , qui sonazionis etiam exercit annos .*

(2) *Ubi Aegineta laudatur . Lib. VII. de medicis .*

(3) *Ex era , resina , pice siccata , bituminne .*

(4) *Aecynthos , cerussa , chalcidite , milys , melanaria , alamine , galla , omphacide , & malicio .*

(5) *Liber de Medicina ex animalibus . Ad Phleboticos , & qui male tuffant . Equi salvam si biberint , fani efficiuntur . Experimentum facit , quod mortuus non levia , jamque habita hinc praericto anno detrimenta , que omnia apprime fuadent , vitandum esse harum aquarum potionem .*

## HISTORIA XXVIII.

HÆMOPHTHISIS , RESPIRANDI DIFFICULTAS ,  
MACIES CUM LENTA FEBRI .

Damnantur Aqua minerales .

85. **S**anguinis per os rejetio per intervalla , statisque temporibus nunc magis , nunc minus adacta , ejusdemque filamentosa per diarræam transfundantes , quibus catarrhalia spuma indefiniter variegantur : respirandi difficultas , & acris a capite diffutatio cum tulli vespertinis praerictis horis , & subsequenti quandoque exitu puriformis materie ad fundum subfidentis , in egregio Viro juvenilis ætatis , temperamenti calidi , & siccii , sunt indubia , incipientis , ne dictam , confirmata haemophthisis testimonio ; ipsamque non minus a multiplici tuberculorum exsiftencia in pulmoni productionibus pendere , verum etiam ab universalis liquidorum dyfera , & solidorum omnium debilitate : cum id praericti fuadet ventriculi inertia in actuando chylificationis opere , univerfalis macies , & lenta febris una cum roride humiditate coniunctione . Eo itaque artis conjectura dirigenda sunt , ut ventriculus roboretur , fanguinis spuma impeditari , acerimi humores cœurrentur , balsamicæ particule in tota liquidorum malla augentur , & pectori succurratur .

Proprietas igitur minerales aquæ Recobarii , aut ex valle Solis admodum suspecta sunt (1) . Licet enim vitriolicum gas in ipsis lateat , quod lacifit , & laxis Ægroti fibris aliquod robur addere posset , nihilominus ob ferrea , pyritica , irrequia , caue acerima mille effluvia , quibus montana illæ subterraneæ regiones faciundantur , fanguinis dialyfim augeri , & spirituum animalium explosivum motum actuari posse , timendum est . Hisce accedit aeris subtilitas , que angue pejus vitanda est , præfens fervida temporis constitutio , & itineris difficultates , & præ omnibus non levia , jamque habita hinc praericto anno detrimenta , que omnia apprime fuadent , vitandum esse harum aquarum potionem .

Quam-

(1) Quamvis non negant , eritima esse , que fungit Georgius Tobias Vivesianus in lib. CXLII. Actiorum Germanic. vol. I. Ægrotorum scilicet Phlebotomicorum magnum utilitatem *Frate* medietate *Tribus* vides , & ab *acidis Deizis* *cepsis* , recipiantem . Sed causa distinguendi facta .

Quamobrem si adstanti Profectori hoc medicaminis genus admodum arrideret, & necessarium autumaret, possent felici Milzanelli aqua, que oleoso bitumine divites sunt, ut fuisse innuumus in tractu nostro (1) de Aquis, & aceremos tales solvere poterint, sed solummodo per sex, aut octo dies, mox Nucerino latice opus absolvendo.

Attenta tamen virium imbecillitate, & lenta, ne dicam habituali febri, alia & taurio via incendendum est, & vitatis quibuscumque purgantibus hydrogogis, acriis humorum faburra corrigenda est, medio decocto clarissimi Riccardi Morton: quinimo ad tuum regimen addita noviter aqua, aut late, caudis cancerorum fluvialium, & pullo exenterato, organis virtutis B. M. deftillandum esse, fuderem; sic autem erit magis refrigerans, omni calore orbatum, & calidis verberibus acceptum. Deinde pectori succurrendum pilulis balsamicis ex belzino, opoponace, fungo bedulinus, floribus hyperic, & balzano de copaya, aut sulphuris terbinthinate. Hora vero somni, laudanti boli ex cynoglossa, aut emulsiōnē ex amygdalis, feminibus frigidis, aqua malva, violarum, & plantaginis. Favorabili vero accedente temporis constitutione, viribusque sanguinis, decernat Medicus ordinarius, qui curationē praeſidet, num Sydenhami conſilium executioni mandandum sit, agendo nimurum, ut Ager equitando eat; aut cum Cefeo (2), & Plinio (3), longam navigationem instituit.

## HISTORIA XXIX.

### TUSSIS, SPUTUM SANGUINIS, MACIES.

**F**requentes coryzae, capitisque catarrhalis defillationes, quibus, V. C. prateritis annis per intervalla multibaris, pectorisque leves, sed morboſe vicissitudines, quoties ascendente gradiebaris, aut in finitimum latus somnum capere pertinetas, uberem praeferrunt morborum, & lymphaticorum liquaminum proventum, que a tota sanguinis massa promanantia, nec felicitate per excretorios trames defluentia, principibus partibus aerumnas, & morbos minitabantur. Huic an anfam

(1) Pag. 126.

(2) Lib. vi. cap. 12. pag. 159. ait: *Si vero tempore longa navigatione.*

(3) Plinio ita loquitur: *Proteceret eis nra*

*Caputrus mediterraneus* & multiper principale vero navigante huius affectus, ac flagrantes egreditur.

ansam darent errata prima digestioſis, an sulphurea bilis fervor, tuique hepatis calor, an animi pathemata, hypochondriorum status, & melancholicum subdominum, ficiunt non fati conflat; ita citra dubitationis alcām statuendum, quod clavis autumno ex iſſūmet causis graphicis a te descripsis, ſciliēt ex vietis plenitudine, ex fedentaria, proximaque ad ignem vita, accedentibus frigidis crispantis aeris particulis, aucta in dies acidarum qualitatum farcina, actu circuitus in pulmonum ambagibus quiescens, difficulte interdum respiracionem (1). Rebrim, dolorem, expiaciones sanguine variegatas molta est. Cumque statim spritis Medicis artis monitis, non curatio Brixiæ in cubiculo instituta fieret, ideo ulterius hymenali itineri expeditus, & penetrabilis frigore adiutus. Venetiis antiqua pati debuit symptoma, novaque metaſtaſi thoracicum vicias iterum lacessit. Morbi itaque primaria fedes est uterque pulmonum lobus: cauſa fusi exundantia fera ab acidis, gelatinofusque particulis infilata, que intercedente fortulæ uitulorum, & vesicularum laxitate, decumbunt, tuffim exicitant, ſputa adaugent, & quandoque ob acrem præpollentem naturam capillares languiferas productiones adaperiunt. Qui quidem effectus reliquorum morborum fit cauſa: etenim ex spiritalis organi aegritudine fatigati propinquique magni musculi fylote, sanguis nec perficitur, nec urgetur, languent fibrarum vires, & glandularum fermenta, rorida humiditas consumit, & ecce maces, & pulfus frequens.

At inquires: hæc omnia a Venetis Medicis jam dicta, mihiq[ue] centrica referuntur: quid ergo agendum est?

In primo abſtinendum a cauterio, & hirudinibus, de quibus in tua epifolia mentionem faci. Etenim quod primum, abit plenitudo, nec liquida in praefentiarum abundant, ut ideo emiflariū aperientum fit, quod quidem majorem dialyſim efficeret. Ad secundum quod attinget: neque ſedales, neque aliae vene aperienda ob nimis formidandam virium proſtrationem; & quia lymphas dominium rapere; ſolumque non ad evacuationem, fed diverſionem fieri poterit, quoties contingetur orthopnoea pectoris angustia, aut fanguinis majoris per os excretiones.

Abſtinendum pariter a purgantibus, & ventrīſuis medica-

mini-

(1) Respirari difficultas tam a fanguini deſtata, quam ferocitate pudentis, dochordone, chunicis legibus explicatur a clarissimo Vito P.

Fortunato a Reixa in Physica particulata Tract.

III. differ. VI. pag. 509.

minibus , que raro morbis peccoris profunt , solumque ad inteflinorum facilitatem promovendam , utilis esse poterit conserva manna cum tamarindo , aut clysteres emollientes .

Cum autem curationis cardo in eo videatur confistere , ut ferosus apparatus alio corriveatur , & inflatur , bilis fervor temperetur , solidorum laxitates firmantur , catarrhalis amurca dissolvatur , capiti , & pectori succurrendo , amissum aequilibrium reproducat ; sic duabus hinc indicationibus satisfaciendum putarem , diuretica decoctione lumbicrom terrefrictum , vino prius us purgatorum , & foli scabiosae in aqua capilli . veneris facta , præmissis omni mane duobus bulbis ex millepedibus , oculis cancri preparatis , & balsamo de copaya ; proinde in uisum potum vertendum erit distillatum tenoris frequentis . & testudinis vivæ , rec. contulæ , offlearum ( i. n. x. , cochlearum ( 2 ) n. xii. , sanguinis vital. rec. extrac. n. iv. florum hypericonis m. ii. , aquæ com. n. xv. m. & S. A. distill. ( 3 ) .

Tibi in domesticis iuribus , interdum *Porcini latente* ( 4 ) factis , sit familiare ferculum Saxonie , sed avena Anglica , quæ vulgo *pilata d'Anvers* dicuntur , adhuciam . Conserva rotarum antiqua , aliquot gusti laudani liquidi Sydenham irrorata , & sonnum conciliare , & influxum catarrhalis lymphæ ad partem affectam prohibere poterit .

## HISTORIA XXX.

### SPUTUM SANGUINIS IN VIRO , OLIM PODAGRÆ , ET PLAGIS IN CRURIBUS LABORANT.

87. **S**anguinis sputa per os iterum enata in Nobili Viro temperamenti calidi , & humidi , olimque plethorici , & chareditaris podagræ labo laborantis , sicuti ex vaforum plenitudine proficiunt posse non negaverim , attamen ob morbi diuturnitatem , & adjunctam febrem , autumandum ex ingravefciente

senfum

( 1 ) Lindanus refert . Ilechiam ex ulcere pulmonum corporis oleum curatam . Vide Etiamlineum T. II. pag. 366.

( 2 ) Quidquid in contraria frigescere Semper Pract. Lib. II. part. II.

( 3 ) Vom distillaturum probare nützir Gabcil Praefatus Dositius , illis verbis : *Sed , qui*

*faeces mentis una adhuc , & prima cinnamomi , est ea  
dia grisea distillatum , et cinnamomi , & endivie , & cœ  
tiverii . Vid. cadiem Commentarius de Aquæ Re  
turbis Tichinenibus .*

( 4 ) *Porcini latente* eas homopteris salutaris .

Bernardinus Ramazzinus de morbis Artificum pag. 239.

senfum hyeme fibrarum systema corrugatum fuisse ; adeoque in axim nitentibus arteriis , & vaforum omnium ordinibus , quærentia ex mechanica necessitate locum liquida , ad pectoris arcem , ad laryngem appulsa , cruentam expunctionem effici , latenti forsan acida , aut acquisita ipsius crioris acredine , extum fibi per porositas , perque capillarium abrasione moliente . Ob id ignarus corum , quæ a doctissimis Medicis administrata haecen sint ; solumque sciens , que nuper Illusterrimus , & Reverendissimus Frater nobis communicavit : scilicet quod viribus pollet , adhuc nutritus est , neque venæ secilio integrum opem tulit , & quæ olim egomet observavi in Nobili Agro , nullam inclinationem ad hos morbos habente ; qui quoisque podagra , & cutaneæ crurum ulcerulis , accerrimum iehorem fundentibus , laboravitis , perfecta in reliquis valetudine fruebatur . Quoniam arduum nimis esset , a priori cauam morbi cognoscere , canque , attenta ( i. podagræ fluxio est , quæ pectus impedit ) temporis constitutione , avertire , methodo precipue illa , que ingeniose , & docte deferribitur a plena eruditiois Viro M. Scipione Maffeo ( 1 ) , reliquum est , ut morboſa a superioribus partibus affectio amoveatur , imas , geminaque crurum agitudines , quoad fieri possit , reproducendo docente Hippocrate : *in morbis peccoris tumores ad crura bonum .*

Ilico propterea , neque ulla interposita mora , si febris exigua admundum est , capaque feliciori hora , fiat quotidie balneum tepidum a poplicibus infra . Sin vero adhuc Medicus mortum timeat , amplis , & tumentibus calidis spongis , etiam in lecto crura foventur ; addendo deinde pedum plantis emplastrum ex cochleari , & fermento triticico , quod semper ferre , & mutare ad multos dies poterit .

Dein vitias cantharidibus , cauterio actuali , vel potentiali , plagiæ in uno , aut utroque crure quatuor transversalibus digitis supra malleolum internum imprimitur ; quod etiam obtinere poterit cucubitalis cum multa flamma , ut bullulae , aut vesica excidentur . Post hac , melle rotato simplici , unguento ifidis , & similibus , expurgatio folliculiter , medio emplastro ex S allis

( 1 ) Nelle Observazioni Letterarie T. III. articulo IV. hac habet : *Vise agli in Parigi al Seg  
no , ed agli stora di carre , tra quelle , in che  
la carre ha parte , e di mettessi a uvere di latte ,  
e della Sizaire in sua givernia fu così for  
ta , che gli è prefugia evita vita . In sti di trent  
anni prese altro tenore di uvere et . Il nuovo me  
tode da lui prese fu di lofizer intramente il vi  
no , ed agne stora di carre , tra quelle , in che  
la carre ha parte , e di mettessi a uvere di latte ,  
e di questo fu col latte , con moderazione più an  
tiga di uox , e di qualche pice , e erbaggi , di  
frutta et .*

*allis ruptio*, ita tamen ut nec dolor ex nimio, vel confidatio ex minori stimulo contingat. Laudatio insuper peccoris unduram ex olio pineorum recentium, usumque vini generofi, sed in modica quantitate; quia vina tenuia in podagrīs ipse Ramazzinus (1) dannat.

Ad remedia univeralia quod attinet, mihi summopere effici in votis usus placentulus ante coenam alternis diebus, sumptu ex pulpa tamarindorum, qui & purgant, & corroborant, in illa quantitate, quae doctissimo Professori videbitur; qui pariter in arena capere poterit confilium, utrum aliquot cochlearia syrapi balsamici in pharmaceo Batcana decripti, vel radicis *Pefouline* decoctum calide sorbillatum (2), utilia esse possint.

### OBSERVATIONES

IN PHTHISIM, ET HUJUSMODI MORBOS.

I.

*In qua agitur de confolidatis crurum plagi iterum promovendis, & aperiendis.*

88. Multi profecto sum morbi, qui optandi sunt, & præcipue illi, quibus mediis natura impuros humores exterminal. Quod quidem licet primo intuitu theorice addicis erorumne videatur, attamen qui quotidiana præcos periculis medicinam facit, videtur ex supplex haemorrhagia, aut fonticulo, nafi muco, excreta, sudoribus, ex pulsa febrie, ex que tantummodo retardatis exercitoris motibus, illico aut capitatis, aut cordis arcum cum Ægri periculo angis; morbum illum, præcipue in cura coacta, iterum promovere debet, qui remedium majoris est: id ipsum testantibus clarissimis Viris (3), id est Bagliovo suadente impressionem faciebat (4) in Patiente pericitante, qui olim febrie laborabat: & Malpighio (5) ubi ait: *Frigidines in extremitatibus celebrantur, curenque, ut podagra manifestetur.* Additique Dolæus (6) diaphoretica, ut ad corporis peripheriam

(1) Ex modis Africani pag. 214.

(2) A Chiosensi Provenientia adserunt, & a Malyensis populis *les tigris* appellatur.

(3) Consulatur Cochinchinensis in dissertatione de

Exanthematis frigido-lymphaticis retrocedentibus

notis.

(4) Vide Fickium in differentiatione de retro

palla febrie.

(5) In Constitutionibus Medicinalibus, Con-

turia L evulgata a Hieronymo Galpari pag. 81.

(6) Lib. II. Tract. de Aflumate pag. 198.

riam recrumenta variis expellantur. Ex quibus omnibus (1) argendum est, admodum utile, & salubritatis naturam sapere, podagra, etiam cum plagiis in cruribus, laborare: *ipsaque ferian- te, summopere pertineſcendum*, ut ait Vveperus (2).

Paganum denique omnem implant in hoc casu verba doctissimi Severini: *Singulare, inquit, est eorum ulcerum, qua consilio natura prævidentis parantur: qui omnia in nostram salutem excita sunt, facinus est, ipsa aut amoliri, aut temere cohære. Tametsi etiam haud criticum est illud opus, nihilominus quia cum proposita animalis fit, amplectendum est, beneficium (3) (4).*

I I.

*Ubi methodus nostra productur.*

*laborabat, & cunctis multis, ac diversis a variis quo-*

que Medicis prescriptis usus fuisset remedium, rusticum medicamentorum usum ad hanc causam, qui affectum fa-

*meditariam vocavit ad sui curias, qui asservit, si-  
lentem civis sumi debere ab vetere, si ea faciat affectus*

*ad rubeinem usque caderetur, & vino albo gentya-*

*so posse abluetur; quo peracto sanatus est.*

O B S E R V A T I O  
IN ISCHIADICOS AFFECTUS.

105. **C**oxendice laborantes non tumultuarie cadem semper  
methodo curandi sunt, sed antequam olla cariem con-  
trahant (<sup>1</sup>), magno ab Hippocrate (<sup>2</sup>) via difenda est. Itaque  
si ab infolato morbus pendat, *fomentatione madefacto*, *cibaria*,  
*pocula*, *cetera*, *que dantur*, *tepidia*, *liquida*, *humidiora*, *de-*  
*coltague* dato cibo, *cino*, *panece*, & *polte mazzeo* (<sup>3</sup>) *atiripo*,  
non multumve *subfucta*, & *mollis* *nitor*, *cinum* *alium aquosum*  
*potato* (<sup>4</sup>), *corpo* *quesito*. Si vero morbus bile gignatur, *vera-*  
*to*, & *scammonia* succo per inferna purgandum, glande etiam  
ex *thlapi* (<sup>5</sup>) ; quibus tamen, fecundum rationes in differentia-  
tione de abuso. Purgantium in aere Brixianis a nobis exaratas  
(<sup>6</sup>), mitiora sub hoc coelo substituenda sunt. Porro si *pinita*  
*langueat*, enidio *cocco*, *vel* *lycophyse* *cum foveris portu*, aut af-  
fecte parti aptanda *coftus* (<sup>7</sup>), *garum*, & *marvia* *ex pecten*  
*fwle conditis* ; quibus non juvanticus, ad *ferramenta* urentia tran-  
fit. Si vero a *anguine*, *cucurbitulum* (<sup>8</sup>) admovet, venaeque  
poplitum aperit (<sup>9</sup>) (<sup>10</sup>) (<sup>11</sup>).

X 2 HISTO-

(1) Quod olim vidit Joannes Fridericus Ba- loco magni Magistri mandatis.  
Vetus. (5) Oribasius, lib. IX. eandem in ischiadicis

(2) Lib. II. de Passionibus pag. 363.  
(3) Panem quidem nauticum tollitumque con-  
proponit.  
(4) Brixiae anno 1740. Typis Matti Vendramini.

(7) Quem cinnamomum album aliqui appellant, & cui Zedoatiam, vel Ziaziber Etmul-

(8) Admodum utilem etiam in affectu pitui-  
lens substituit.

erum, & per totam coxam producente, dubitandum sit, a pane bis cocto integre abstinentio. Paulus Aegineta, lib. III. pars affectus adiurinat. (c) Legenda et observatione C.V. in Actis Germanorum.

(9) Legemque et observatorem C. v. in his casis  
resortus est Antonius Michelotto productus; ubi  
resortus casum cuiusdam virginis, que post incas-

fum adhibita cataplasmata ex pice , sulphure , piperitido , sicibusque , tandem *laetitia cararia*

(10) *Oribatius aptat* *faviformis* *schabatum* *cross* *ad-*  
*ditionis* *continuata* *ex* *toto* *convulsus*.

(4) *Affuetus sum, Hippocratis oracula venerari.* Sed cum milles audierint *Agrotos* ne *funeris suorum labii tangere posse album vi-*  
*pe festo.*

*lumines quidem libis tangere posse. Atque enim, quin fluxiones affectis partes impant, canticos vellem Tyrone in exequendas hoc cyprinum : de quo vide Plinium, lib. XIII. cap. 2. et Celsum, lib. II. cap. ultimo.*

*Canis lupus lycaon* in the Americas.

## HISTORIA XXXVI.

MORBOSA ENDEMICA CONSTITUTIO,  
QUEÆ BRIXIÆ an. 1735. GRASSATA EST.

**R**em dignam Clinico, proximisq[ue] tuis admodum ulti-  
tem geris, Vir ornatissime, cum hic ortum mor-  
bosæ vicissitudinis influxum sedulo perquiris, quibus signis se  
prodiderit, quibusque remedii debellari patiatur. Mihi ta-  
men licet tuis petitiōnēs non difficiat, cum quandoque alienis  
periculis dicere, prudens confluum sit; ob imbecillitatem ta-  
men meam necio, an tuis votis fatiscero, præferim quia  
ob Medica negotia subfœciva horæ defunt, quibus pro re nata  
studiis hifæ peculiaribus incumber possum. Addamus infusor  
diras, quibus vexati fuiimus, aggritundines, protheciformi vultu,  
implicataque signorum syndrome, procellifile; unde ægre etiam  
potest fatales eventus, atrofique dies, conjecturae deduci possunt.  
Popularis prius invalidi opinio, effe pleuritides. Etenim so-  
lummodo primo febris inflammatoriae infatuæ frigus, algorque  
præbant, dolor pungens ad latus, aut omoplatum versus,  
fiebat, pulsus durus, tussisque cum sputo cruento, nunc  
viridi, nunc flavo, nunc ad arcam inclinante. Veruntamen  
cum cetera non accidunt signa pleurae, aut intercoftalium  
pectoris musculorum inflammationem portendentia, & suffocans  
flortor in secunda, quarta, & ante septimam, plurimos suffo-  
calet, de pulmonis sapienter cogitatum est; præferim quia  
inequalis pulsuum vibratio certo ostendebat, cordis regiam op-  
primi, in valsi majoribus encyclicum motum intercipi, ibique  
a flagrante crux mortem parati, ubi vita producitur. In  
aliis vero, & præferim senioribus, non sanguinis, sed lymphæ  
tenacioris copia in tenuissimis pulmonum lobis quietens,  
culpanda fuit; & licet in aliquibus idem evenit fatum, mor-  
bus nihilominus mitioribus symptomatis incedebat, & per-  
feverabat. Alborum porro liquidorum concretio, nervorum quan-  
doque origini inhaerens, apoplexis etiam induxit, nunc fortes,  
nunc debiles, secundum divergant, aut omnino modum nervorum  
obstructionem, aut compressionem ad latera. Horum igitur  
morborum aeris fuscitatem caufam primariam fusile patet; tum  
quia universalis caufa assignanda est, quando plures regiones,

una

una simili vexantur; tum quia ledendi modus ab aere tantum  
modo pendere potest, quod facilissime patet observant, ma-  
chinam nostram pelliceis vaſorum ordinibus, & contrâtilibus  
fibram, villis coagmentata, a pertinaci circumflatus aeris sic-  
itate, diverso modo corrugari, & circulantium liquidorum  
motum proclivius urgeri, aut præpediri; ex quibus morbo-  
rum flamina pedetentim gliscere, aut evelfigio emergere nemo  
in arte veritus negabit.

Huic externo prementis atmospherae vitio addamus inspira-  
tas, internique tenillissimi pulmonum vaſculis adjunctas, ejus-  
dem noxiæ nitri, aut quarumcumque aliarum adventitarum  
qualitatibus particulas, a quibus fibre irritantur, convelluntur,  
contentaque fluida ad inflammatoriam diathermam disponun-  
tur, præcipue secundum varias idiosyncrasias, hoc est, hujus,  
vel alterius temperamenti dispositiones, ob quas externæ cau-  
fe aut non ledunt, aut junctis viribus occidunt.

Nec autem ulterius ileam, quod rei caput est, & quod quæ-  
rere videris, amicorum optime, scias necesse est, purgantia  
medicamina in uum male cellisse, morboque perhæpe exaspera-  
tisse. Solæ, caue abundantia repetita, sanguinis miflo in pri-  
mo febris inflammatoriae ingressu optatum saepè tulit emolu-  
mentum, pectorali immortalis Baglivii decoctioni addito sper-  
mate ceci, frequenter & calide fortillatae, & aperto mediis  
veficationibus in utraque coxa opportuno emiflario, ut laxatis  
fibram pulmonarium fibris, facilior expulsiō producetur;  
foliotoque a sale volatili cantharidum sanguinis lentore, excre-  
mentitariae muſculis feliciter excernerentur.

Hæc sunt, quæ in exaratis, jamque favente Deo præteritis  
aggritundinibus, in uum revocavimus. Quia vero, acido coher-  
enti liquidorum genio, quandoque fundens dissolulio succedit;  
sic in aliquibus, post enarrata a coagulo incommoda, obser-  
vare contigit accerrimam liquidorum omnium subtilitatem, ita  
ut cor. c. gelatinis, electuario diaſcor. Fracaforsii, & lauda-  
no opatio, pacanda sape fuerit sanguinis dyſcrasia. Plura  
adhuc supereffent dicenda, si otium permetteret. Quapropter,  
oro, parce raptim ferenti, meque habe tibi addictissimum.  
Vale.

O B S E R V A T I O  
IN ENDEMICAS CONSTITUTIONES.

107. **Q**uoniam, ut jam in Praefatione diximus, Medicina per obseruationes perficitur, ita sumunopere opandum effet, ut quilibet in propria regione graftantes interdum epidemias, endemicos favientes morbos, aut etiam non endemicos, describeret; quodque juvabit, in vulgo mitteret. Lux enim, qua affordit ad Hippocrate, Sydenhamio, Lancisio, reliquique magnis Viris, prodeat quidem, sed adamulism non quadrat, nec Medicam rem, quantum fatis, illustrat. Graecia, Anglia, Roma distant inter se, differt cœlum, tellus, aer, aqua, simplicia, ventorum vires ic que omnia quantum in hominem pollunt, ac valent, confundens Langius (1) est. Ergo quid pollet super Brixianam Boreas a septentrionali plaga adveniens, qui inferat horizontale planum nunc lacunam, nunc lamis & paludibus conspurcatum, quid nos asperetus, quid altani, & cœlesti portendant: uno verbo, quid pecularia hujus regionis temperanta ferant, prope Aegrotum letitium cogitanda sunt. Et quoniam in exhibitione folius gaganis (2) tot, ac tanta examinanda sunt, ite & in executione ceterorum omnium non quid alibi, fed quid sub hoc celo evenit, scindens eff: ut de Gallicis endemicis doctu*ris* Vir (3): Che cada errato grandemente chi pretendo di trasportare il calcolo di Parigi alla nostra Italia. Quandocumque sicuti empirice suspetta est, quia fecundus Aegrotus, ob diversum morbi genium, par primo non fuit, ideoque multitudine exemplarum, & cuno ipso remedii vis: ita quo magis per fedulos, atque elucubratos hominum conatus, endemiorum morborum ethiologia, & praxis illustrabitur, tanto magis endemicis pariter, & patruis remedii morbi felicis averruncabuntur. Ait enim Celsus Martinghuis Brixianus, lib. III. de Prævidendis Morborum eventibus: Nemo tamen vel magno præditus ingenio, innumerabilibusque præceptis eruditus, fœre frequente exercitatione absolutus unquam artificare, quidquidem magna laude dignum conserue poterit.

Mo-

(1) In Homine Barometro :

(2) Vide dissertationem nostram de usu Par-

(3) Lezione Accademica sopra l'origine de' conti del Sig. Dott. Giuseppe Annunziati Mediceo.

in Firenze, recitata nell'Accademia Fiorentina  
il dì 17. Maggio 1725. All' Illustriss. Sig. Francesco Roncalli Medico, e Filosofo di Brescia ec.  
Regista in Operibus clarissimi Vallisnerii, & ab  
eiusdem Academiæ discipulo.

Morosi propterea, & a critologia tui, quia nihil scribunt, ut air Ramazzini, non tam facile fromachentur, si vident operae agentia, de quibus magis adhuc. Quandoquidem & nova semper inventuere detectiones, que Medicam Republicam ditant, & novis rationibus, atque periculis Medentium mens edocta, cautiua, & tutius ergotros tractabit. Hujusve veritatis tellimoniun nobis exhibuit non solum olim doctilimus concivis, quando de auctri potencia, ac vi in Brixiene folio locutus est (1), sed etiam nuper Paulus Valcrenghi Cremonensis in edita Medicina Rationali (2), a toto Medentium ordine accepta, & commentata, ubi morboe plurimorum anorum endemicae constitutiones encantantur, & curativa methodus producitur. Famigeratissimus itaque hominibus viam monstransibus, certi tandem aliquando sciam, quod, praetence Platone, scripsit clarissimus Vir Julius Pontedera (3) : atque dicit de sua Patria bene mereri: idque praecepit agant, ut air Paulus Galerius Brixiana Cathedrals Canonicus eruditissimus (4), non ad vanam scienti offlentationem, sed studio inquirende veritatis.

## HISTORIA XXXVII.

SPASMODICA VENTRICULI AFFECTIO CUM  
VOMITU , TUSSI , ET HIPOCHEONDRIACIS  
AFFECTIONIBUS .

108. Exponente, aut, melius dicam, respondentे Alexan-  
dro Macoppe; quia praecedens morbi historia deest,  
Auctor enim in progressu accitus fuit, ideoque tantummodo de  
eventu, deque sectione cadaveris rationem reddere potest, ut  
infra post clarissimi Viri consultationem patebit.

CON-

*di nasci. In com-  
pag. 2.  
o Stato de Ceno-*

165.

## CONSULTATIO

VIRI CLARISSIMI

## ALEXANDRI MACOPPE

In Patavino Archigymn. Publ. Prim. Pract. Med. Profess.

109. **S**i dolores, uti fere contingit in omni morborum genere, liceat ab eorum sede, ac parte affecta denominari, profecto dolorifica sensatio exorta mens Maii anni antecedentis in Nob. Muliere hypochondriaca, hysterica, melancholica, scorbutica, prout definibitum accurritatissime a praeclarissimo Professori, dici potest dolor hypochondriacus, dum platis horis a prando, scrofulacium cordis, stomachi, atque hypochondriorum regionem obsidens, levius quidem, ac sponte cedens, sed simili sape recurrens, mox in molestiam tuis mutans, copioſa, ac viscida materia ferens, diu noctiam in ac demum matutinam etiam horis recrudeſens, eruditioribus acido-acribus, colaram, sterni, ac totius thoracis angustia, insigne laſitudine, ac macte ſubſequentibus in eorum symptomatum ſatellito non inepte diceres, hypochondriacum dolorem in morbum ructuſum Hippocratis quodammodo faceſſe. Utetique tamen res fit de doloris denominatione, hand sine ratione ceferi potest, ipſo effe, ac cetera epiphanoena, hypochondriaca, hysterica, spasmatica affectionis ſobolem, sex abhinc annis a Maritis obitu exorta, morore, ac feneſite retardantibus vixidum ſanguinis, ac liquidi nervi, ſeu ſpiritus animalis, motum, quo varius, ac debilius contractis, excitatisque muſculofa ventriculi tunica, vaforum, ac canarium omnium oſcillationibus, primam ſe prodiit in ipſo ſomato apprexiſo, & excitorum omnium inopia, atque ob ritrattationis, ac communionis nutritive ſucci deficitum, nata ſunt cruditate acido glutinosa, que intra muſculofam, ac nervosam tunicam impatit, ſimilique nervis adiacentium partiam infenſa, triftent ſensationem quatuor horis a paſtu in reconfita regione excitant, bipartitum ſexientem, donec, peracta caſtione, exanimiatur ſtomachus, premente, ac divercile ſtimulo ſenſiles fibras. Hinc vigente eadem liquidorum divergendorum inertia, poſt aliquot menſes recurrēt dolore, ipſoſe acido glutinofo in vasa introducto, ſanguinis, ac lympha vifiditatem, ac cratitatem inducente; quibus intra pulmonaria vafa lentefentibus, tracheales glandulas obſidentibus, atque colios ductus irritantibus, tuſſis exorta eſt, cum copioſa,

ſa, ac viscida materia ſcreatu, ſubinde recrudescenſibus doloribus, iſque repetitivis matutinis horis, cum ructuum preventu, thora- racis anguſtia, translatu glutinofo acido ab intimo ad medium ventrem, afficiens membranam, ac muſculos cum externos, tuum internos, ac poſtimum diaphragma, ſpasmatica ſui diſtrictione aflophagia coarctante, ac dilatentum ſtomachum comprimente, frequen- tis eructationis cauſa; quo in cafe nutritius ſuccus imperfete ſub- atus, agre recipiut intra fibrarum poros conviventes, ant ab iſdem coarctatis excludens, unde ſubrepit universalis maces, ac laſſitudi. Hifce itaque ſappofiti, idea reſulat morbi difficultis ſa- nationis, quatenus ſolidis nervois infixus appetit minitans ſpas- te, ac congeſtione removet neſcias, effacientibus remedis battemus in- ſtitutis nulla ope, diſtinctamente conſervantibus. Quia tamen difficultas non omnino excludit medicamentum omnium uifum, immo arim exigit ad alia, atque alia experienda, inhendo iſdem intentio- nibus, qua ſunt, acidum peccans ſubigere, glutinofum attenuare, ſpasmoidicas irritationes fedare, euioniam ſtomačha, ſolidisque ner- veis reſtruere, liebit ſequentem methodum inſtituere, incipiendo a ſtomačhi dilatentibus magis, ac laxantibus, quam irritantibus emeticis, aut catharticis pharmaci, ob ſpasmoidicas ventriculi, aflo- phagi, ac ſepi transversi conſtrictiones, adeoque primū exhibetur ſal Anglicum catharticum ab 3. i. ad 3. x. diſtillatur in jure te- nui parva pulla 2. x. ſuperlibido poſt horam ejſdem juris 2. v. ſuis interiectis ſpatiis, potum aquarum thermalium in modum, quod ſi reperatur, interſpici diuornum diuerni intervallo: quod ſi ventriculus id ex gravi ferat, dolore poſtimum recrudescente, loco fa- lis cathartici, ac juris propofiti, aſſumatur, iuxta mentem Hippo- cratis, lac aſſimilum ad heminas, ſelicit ad 2. v. pramifis 1. iv. vel v. ſyrup. aurei folati, vel ſyrup. de floribus perſicorum, to- tideum vicius repetitor. Hinc trauiſus ſat ad incidentia, & at- tentantia, ſed ipſa etiam minimam ſim ſtimuli habentia, epice- rrafica, alchalia fixa, lixivoſa, ſaponacea, inter que elegatur ſapo chymicus Stalbii a 3. b. ad 3. ii., additis guttis aliquot ely- iris propriet. Paracelſi ſuperlibido decoct. theſi, in jure pul. fol. a- grimon. aſſynct. pont. mentha, ac cortic. citri, in cuius uisu ſi ex- acerbauerit dolor, addatur ipſi bolo granum unum, vel alterum. Ethyropis vegetabilis, quindecim diuerni ſpatio repetendum: quo tem- pore non reſpondente alvo, exhibeantur immediate ante canam pilul. tartar. Bont. a 3. i. ad 3. iv. cum landan. nepten. Queret. g. i. ad g. ii. mox ad diuina chalybeatam configundendum eſt, ac niſi hyems obſta-

obstaret ad acidularum martialium , cum naturalium , tum artificiales potum ; in quibus primum locum obtineret chalybs in substantia datus , ob acidum abundans , pinita copiam , ac laxitatem fibrarum sed quia Nobilis Matrona esse videtur in fibrarum ordine admodum sensibilis , fortasse ingeustum martem , prout in ventriculi fundo , in vitriolum emeticum convertitur , agre ferens , idcirco utatur magister , mart. Mys. 3. i. cum succ. abfint. concret. q. s. in forma boli , vel tinturaria mart. succ. pomor. aut aurant. pp. vel tintur. mart. tartarizat. a 3. i. & dilutis aqua. metiffs. naſtart. aquat. flor. chamamel. cinnamon. bordie q. s. spatio unius mensis . Tandem corroborantia amara , simulque , aut acida , & attenuantia ; tintura nimuram effentalis abfint. a gult. xx. ad xxx. elyx amarum stomachicum temperatum , a coctelear. i. ad coeb. ii. poto Thè , aut Conſe dilutum . Quam mebdomad dirigendam , corrigendamque subiicit oculatissimo judicio prefantissimi Professoris .

## OBSERVATIONES

## I.

Morbi eventus .

110. Non solum ea , qua superius Patavinus Professor memoravit , verum etiam multa alia , qua propoſuerunt sapientes Viri Antonius Pluda Medicus ordinarius , & Franciscus Nicolinius , nobiscum interdum in consultationem vocatus , in usum poſta fuit ; sed morboſis ſemper magis in dies auctis ſympotatibus , praecipue circa œſophagum , nunc tranſitum foliorum cibi non permittentem ; nunc eſcigio manfa , & deglutiția eructantem ; nunc in ſpaſmodicam ataxiam convulſum ; deinde circa pecloris arcem nunc tulli , nunc anhelatione laborantem , nunc ratione primarii muſculi inaqua-les , exiles , intermittentes pulſuum rythmos efficientem , tandem circa abdomen in magnam amplitudinem extenſum , ſqualida , ſiccata , atropha , ſituriens , confumpta , ad ſuperos Nob. Aegra migravit .

Sectio

## II.

Sectio Cadaveris .

111. De decimaquinta Augufti ann. 1738. hora prima , fecundum fuit cadaver ſupra ſellim murulum in clauſtri S. Barnabæ intercolumnio , a D. Lelio Onori , nobifcum attente obſervante D. Antonio Pluda , eo quia multoties ob egregie Patientis merita , de difficultima agrititudinis diagnosti , adminiſtrata omnia artis praefidii ſpernente , cum codem fermo fuerat institutus .

Primo autem ferri ielu communibus feclis integumentis , & peritoneo , ex abdome ſerua corrupia colluvies exundavit (1) , que ſummo inflar (probabiliter in quantitate quinquaginta librarum ) folum humectando , tam graveolentem ſequente que putore nares adiftantum , ipſiſque Anatomici , percussit , ut ab opere , & obſervatione recedentes , ut evanesceret aura illa virilenta , ſinere ad aliquod tempus debuerint .

Sufcepto iterum opere , extiſque patetatis , repertum eft omentum non longe a ventriculo in arctum glandulofis concretionibus , aliquibus in locis avellanis , in aliis amygdalas , quod magnitudinem ſuam , repreſentantibus , potius albi coloris , & renitentis duritici , quas Sectio ſtrumofas , ſyrrophas appellavit . Harum nonnullæ majores illo , duodenoque ita adſtabant , adſhrebant , circumprimum , & arctando , ut , penitus in axim nitente , & coante intefinali tubo , alimen-torum defecſus , & diſtributio , aut omnimode , aut quafi omnimode intercluderetur .

Circa pylorum etiam , & in interna ſtomachi rugosa tunica , glandulosa hac corpora radicata implantabantur . Quodque magis conſiderandum , ſtrumofum pariter ſolitarium corpus majoris molis ſuperius ventriculi iter , œſophagum ſcilicet , compremitbat , ita ut morboſe concretionis radices inter tunicas membranofas canalis adacta , quovis momento illud convellerent , aut convellere poſſent .

(1) Quo fane in evenu pichella verificatum praeceptum , ibi ait : in ruſſula vester inflator , vidi Hippocratis , libro II. de Mortis . fezione III. de donis fit .

## III.

Anatomie therapeam illustrat, & morbi rationes redduntur.

112. **P**Atet in praesens, quare tanta morborum caterva nunquam denita fuerit; cur alimenta liquida facilis admitterentur & cur vomitiones favebant, & qua de cauा nutritio defecerit. Licer tamē in hoc casu Medica ars culpanda non sit, (agebatur enim de morbo organico interno, quod pharmaci tolli nequit); attamen dicamus alieno periculo, nec fere semper in morbis liquida a nativa crisi aberrantia accidemus; & quoties de mala solidorum proportione, aut viatio probabilis eluet conjectura, mittantur ea, que liquida etiam perturbare possunt; quando tamen liquida alio avocata, aut correcta, aut particulis solidorum virtutem producuntur orbat, sollicitae magis curationi non conspirent.

## IV.

Casus duo haud diffimiles recensentur.

113. **S**Imilia propomodum casus refertur in Actis Physico-medice Germaniae, observante Christiano de Helvich (1), cujusdam scilicet Matronae durissime scirrhosa circa pylorum laborantis, quo per plures menses comitu fatigata, tandem descessit; & proindeque extis anatomico cultro patefactis, vidi- mus, inquit Helvich, ventriculi fundum rotum scirrhosum, ad duos polices crassum, atque ita induratum, ut acie cultri vix penetrari posset: vidimus insuper tantam pylori angustiam, ut Adstantes mirari deserirent, quod ingesta solidiora, durante aggritudine, per vomitum semper redditia fuerint; cum manibus quasi palparet, quoniam omnis fere transitus ad intestina fuerit impeditus, atque praelufus.

Casus alter haud diffimilis legitur in Historia Academie Regiae Scientiarum Parisiensis ad annum 1703. M. Littré a ouvert une femme, en qui les Glandes des Intestins Jejunum & Sloen s'étoient tellement grosses, qu'elles remplissaient entièrement en quelques endroits la cavité de ces Boyaux, & par conséquent ne permettoient presque plus le passage des matières qui y devoient couler.

## HISTO-

(1) Observatione CIVIL. pag. 427.

## HISTORIA XXXVIII.

FLUOR ALBUS CUM VOMITU, ET PTYALISMO IN NOB. MULIERE.

114. **C**Holderia affectio ex violentissimis animi pathematisbus, sex abhinc annis, in Nob. Muliere Venetiis de gente, floride adhuc etatis, & effluuantum viscerum oborta, cum flave bili vomitu, & convulsivo intestinorum tumultu, rugosarum ventriculi cellulas velicata non minus, quam labefactare coepit; ideoque vitia fermentativa, & peritilatice motus loqe, & non integre subactis alimentis, confuspari debuit chylotus latex, qui in rubrum fluentem devolutus, & cum ipso circumfluenus, aut in penitillinis viscerum maandris, & muculorum interflitius flagrans, aut nervorum appendices, praecepit ad hypochondriorum, & uteri confinia comprimens, melancholica, & hysterica symptoma produxit; unde etiam extra manifestam causam aut se fatali morbo conficitam, aut manican credebat.

Morbolis propterea hifce fibi invicem causis, & effectibus attrita, & salino-acida in liquidis aucta diacrisi, & in dies factiscentem solidorum energia, nil mirum, si ad annos usque per intervalla erratice febres recrudescerant; proindeque emerit uterus fluor, ex fero vitio in glandulis vaginalibus (1) corruptio, nunc albus, nunc rubeus, ex laxata uteri compagine, nimisque hifcenibus glandularum, & vafulorum offioliis, ideoque de maciei initio, & de crurum debilitate conqueratur.

Quod tamen impræsentiarum urget, & Nob. Patientem vexare non definit, est perennia a capite destillatio, cum frequenter expunctione catarrhalis materia solum humectantis, aliquando etiam cum tussi, præcipue matutinis horis post somnum; quia tunc temporis teriane oscillatorio trachealium fibrarum motu, catarrhalis ichores colliguntur, dataque porta ruunt. Cui accedit ejusdem tenacis, & viciidivula lymphæ vomitus, aliquando etiam ciborum, cum quadam ventriculi debilitate, & pertinaci appetencia, & cum hysterica affectio nibus interdum recrudecentibus, quandoque comite aquoso urinæ

(1) Opinio Dolai. In Encyclopaedia Medica cap. IV. pag. 409.

rinæ profluvio. Quæ omnia sicut clare ostendunt aliquam in solidis laxitatem , vitio primæ digestionsis , & aliquam sanguinis dialysim , qui totus in serum liquefit , sic quicunque in arte verfatus videt , quo medicæ indications dirigenda sint , eosci-licet , ut stomachi rugæ detergantur , & roborentur , serosa coluvies ad excretoria loca derivetur , dominans acidum corrigitur , obvius cœcuratique muriaticorum faltum cupidibus cruo-ris cum sero connubium promoveatur , balsamice , & nutriti-va particule in sanguinis mæsa augentur .

Ad curationem quod spectat , mercurialis mihi admodum suscepta videtur . Et si enim feligerent Belloste pilule , que ceteris mitiores in agendo sunt , & etiam Brixie tenuientur , multoq[ue] morbos domuerunt , qui alii remedis non celerrimi nihilominus irrequietum metallum , quomodoq[ue] preparer-tur , fumam natum sapere debet , si debet agere , quod natum est . Ideoque cum magnas ejusdem in corpore animato utilitas videamus in adipolis , ubi sanguis crassis conflat principiis , tardoque gressu , emphraxes producendo , procedit , ubi tenaces lymphæ glandulas , & fermenta omnia infarciunt , usque ad gemmolas ad extiam cutim prominentias , de solven-ti ejusdem qualitate dubitandum non est . In cafu autem no-stro , ubi tota sanguinis mæsa colliquata in serum disolvitur , & lugenda fedulitate ad majora emisaria diffunditur , cum genarum squallore , & aliqua etiam carnis confusione , ejusmodi remedii præscriptionem quis laudabit ? Addamus infiper , quod , cum ectoproticis ruptum sit ( purgatio enim succedit , non nimis laudanda , ne rorida humiditas absumatur ) palliative tantum , non eradicative curaret , ad anum scilicet derivato a quofo apparatu , non vero in sanguine ablata ipsius origine . Quod quidem humaniter ipse Belloste confirmavit . A Patriciis enim domesticis vocatus , & accedens , dum oretenus consultatio cum ordinario Professore Venetiis , ubi Ægra degebat , a nobis agebatur , dumque de suis pilulis sermo erat , nostris rationibus viclus , & adnuens , docta ingenuitate , quæ illi , jam pridem amico , me magis addixit , confessus est , ob uberen morbofum pyralatinum , & perennes a capite cum copiosis spuma-tinibus destillationem , in constitutione ad macritudinem ver-gente mercurium esse suscepsum .

Experimentis itaque omnibus prætermillis , relictis quoque purgantibus , & venæ sectione , interdum s. i. s. electuarii de febe-

sebesten (1) , quandoque , sed raro expiatis primis viis , proficiens erit usus decoctionis radicis chinæ , rafraxe eboris , falfafra , & polygoni (2) in sero lacte distillato , quotidianè matutinis horis sumenda , addito semper bolo , aut tinctura chalybis , prout idiosyncrasia feret , cuius admirabiles vires , iuxta Cartelianorum mentem , in spiritibus vivificandis , laxoq[ue] fibrarum tono restituendo , præcipue in hysterics affectibus , & uterinis fluoribus , non est , quod memorem . Pulvis in furno coctus ex albuminibus , & corticibus ovorum , corallis rub , amylo , succino (3) , & lapide haematite , aut succus betulea (4) erit apicissimus . Willius , & Abraham Frambezarius decoculum (5) propinarent ; Sylvius vero in hoc cafu opata , & tamariños mille laudibus extolleret . Post hæc transitis faciens ad jus pulli , in cuius cavo ante ebullitionem pofta fucina fol . portulace , lyismachia , dryopteris , plantaginis , tormentille , cupressi , sempervivi , melipila , lapathii agrestis fructus , aca-iae exprefio , faba Ægyptia , leporis coagulum , tamarcus , rhiz , diphryges , cadmia , symphit , nummularia , burfa pa-floris , flores bellidis majoris , vel minoris (6) (7) , hagni , aut radices caudæ equine , filicis , & filipendulae & præcipue veris tempore , que leffas vegetabilis nutrit : aut ad tincturam catechi , vel jus viperinum non tamen succofum , sed fatis di-lutum : sique dolores acciderent , rosmarinus , & cachrys (8) adhibendi fuit . Quibus felicitè absolutis , ad jam expertas vires , & utilitates laetis affiniti configendum est , aut ad can-eros fluviales in vino coctos , fummpore ab Hippocrate lau-datos . Internos denum stomachi parietes roboretur aut extra-ctum abyntih , aut usus , non abusus succollat : externe vero laudant fokus ex hordei furfuribus , salvia , hyperico , loto , & serpylio ; sed præ omnibus remedis , futuræ proximæ nu-ptræ proderunt .

## O B-

(1) Vide Schroederum Phurm. Med. Chymic. Clavis I. pag. #3

(2) Opusculo distillando fluctus & præcipue flumen : hidam pag. a62.

(3) Seligant , si fieri poset , quod ex Bor-ruſia ad maris Balhili littera adferatur , au-talitem ex Cambie occidentaliter littore . Vidi Martinianum in Atlante Smico pag. 67.

(4) A Dolio in Encyclopaedia Med. lib. V. cap. 4 proponitur .

(5) Hieronymus Mercurialis curabit Ægrop-tos decocto foliolum querens i leſtici vero Ro-dericus de Rode .

(6) Præcione fætida ferit usque Janus , fe-conds die a plumbosa fab eropodio noctis .

(7) Hagnum , hoc est vitiscum , fummpore laudat Hippocrates , si enutes exstant , Tract. de Fomentarium morbi .

(8) Idem .

OBSERVATIONES  
IN ALBUM FLUOREM MULIERUM.

## I.

*Ubi praeipue de adstringentibus caute administrandis.*

**N**ON raro hoc illuc Medici accerfuntur, ut coryzam uteri suppressimant, sed eventu votis non respondent, vel *Ægrotis* in pejus ruerintibus. Hinc etiam apud *Auctores magni nominis* praescripta videmus syrum cydoniorum, myrrillorum, bolum armeniae, alumen crudum, sanguinem draconis, terram figillatam, vitriolum (1) martis, gummata, fantalos, faturnum, balneum (2) ipsum aque frigidae, que quantum suffeta interdum effe polluit, multis probando non immorabor; id unum contentus admonui, nonnisi summa cum circumfpectione ad hujusmodi adstringentia effe tranfundum; cum via illa corporis sentina sit, per quam humores illi feedunt, & abeunt, qui in viceribus suspensi, turbas in cruce excitant.

## II.

*Specifica fuscetta.*

**N**EC minor em admirationem nobis inferunt Cartesiani in praescriptione camphore, Prætotius syrapi iteroris astini (3), Bevervik carnis fumo indurat, Dolæus (4) sulphuris, salium volatilium, foli artemisiae, falsi tartari, resina jalappa, mercurii dulcis (5), quibus, & præcipue potremis, ingenue facetur, nos vicevera immunis, & supprefsis, ut iterum menstruales evadant, posse mederi. In tanta igitur systematum diversitate, & remediorum supellecile, Medicis iudicium, ut discernat, in mediis eff. Quamvis, ut vera fatigat, & solutiva mercurialis possent etiam adhiberi, si moribus a tumefactis, & induratis uteri glandulis penderet, ut optimo in cadavere vidit Bernardus Valentini (6), aut etiam adstring-

(1) Opinio Roberti Boyle, qui fitene, fecunditate mulierem pulvere sympathetico ex variolo Hungarico parato.

(2) Leo.

(3) In Empirica. Id etiam proponit Senner. tu.

(4) In Encyclopediâ lib. V. cap. 4. de mensura fluxu immodico pag. 413.

(5) Ibidem.

(6) In Epitola de nova matris, & morbo.

stringentia, & styptica, per metrarchytem quoque adacta, in usum ponit, si a laceratis, occasione v. g. partus, aut quomodolibet corrofis, & adaperitis canalium in vaginam, aut uterum hiantium extremitatibus, corpori in reliquo bene se habente, albus fluor originem traheret. Quo calu feligi etiam possent illa, que ab Hippocrate tanquam specifica ad suffitus efformandos proponuntur (1), nempe fumus hordei fracti, cornucervi, cum olivis non maturis, rhoon, succus felicet e moris expressus, bubulum sterlus, cupresalus, papaver, myrra, thus, bitumen, apii semen &c.

## HISTORIA XXXIX.

## NEPHRITICUS DOLOR CUM CALCULORUM

EXITU.

**N**ephriticus dolor circa juventutis terminum exortus, una cum arenularum, & exiguum calcularum exitu, deinde ad multum tempus indicans faciens, tandem numeris hinc annis iterum in motum positus, & nunquam integrè cedens, in egregio Caflinenfi Monaco fervida conflitionis, uberen ostendit falinarum, & acidarum qualitatum fobolem, que licet in grandiori calculum nunquam concreverint, tamen virtu forsan primas digestiones, producere, mox noxi vini potu, & sulphuree dominantis bilis astu astringere, accedentes tauricis principis, & gelatinofo glutine (quod Veteres lapidificum dicebant) medis cava, & emulgencibus, ad renales thecas deferuntur, vel ratione suae gravitatis, & ponderis, ut potest inferior excretorum emiflarium, vel ratione specificæ molis, & figura renalibus acinis respondentis, vel denique ratione urinofæ miscella, & lixiviose naturæ, cui indutum, & proprium est in vesicam labi. Non ardaum itaque erit intelligere, quomodo circa lumorum regionem, sinistrum præcipue pelvum, & ureterem vicinum torqueatur, cum illud sit iter, scilicet inter peritonei duplicaturam, & supra muculum ploam, per quod extranca tranfuent corpula, idcirco contragiles villi, fibrae, & membranofæ partes, ex quibus supradicta vasa constant, ab intromiscienti colluvici alperitate, & rigore pun-

Z

pun-

(1) Lib. II. de Feminarum nosc.

punguntur, & vellicantur: ideoque ex divulsione dolor, qui cum impreffinariis supra finitima in latus praecipue faveri, & Nobilis Patientem vexare non defnat, neque ulta adit hernioi prolapsus umbra, & latensis tumoris, aut organici morbi velffigium, ut ocularis infiectio, & taclus docueri: coniudicent eff, signanter ubi ureter velice connectitur, ex laborioso itineri, & festinanti equitatione Romanus verius, olim supra succulatorem (1) facta, membranosi oculi circulares fibras fuisse irritatas, divulsas, compresas, & di- ferendo modo modifcatas, eodem quassati corporis momento, turgente lotio, & fermentificibus acoribus non minus, quam furabrofis, rubrifacient aerenulis, que adhuc perverferant, referto, morbi productionem confirmantes, & seniles vallis diffrahente. Cumque ea fit mechanica lex pelliculorum omnium, & membranofos canalium, ideoque & urinam deferentium, ut quis flimulo in undosam convulsionem excitati, finitimus us extremitatis productionibus, & infectionis praeferunt locis, quibus inoculantur, morbofis ataxias dispendant, iterumque diffrahendo defigant: quoties inibi aut nodosa circumstabilit con- junctio, aut valvula (forsan faciens fecundum Bartholinum) obfculatum, aut denique naturalis, ut vult clarifimus. MORGAGNIUS, ureteris anguitia, non poterit, quin ob supradictas, cauge majores, quam in reliquo canali, descendenti lotio re- fiftentias, & frequenter mictiionem vicifitudines, inibi morbus suam fedem faciat, & dolorofa symptomata in abdominis imo revivificant. Id perbelli patet ex eo, quod in lecto tor- miente mitefcant: flante vero, augentur, feilicet ex majori preflione, quam subfinet inferiori ureteris oculum, & emi- farium ex quali perpendiculari deferente tubo, quam horizon- tali.

His potis, bifarium agere poterit ars clinica, scilicet ut  
efficiens causa destruatur, salina tartarea colluvius distractio-  
nis adfuit arenulæ, & terreae particule, non concrefant,  
aut glutininentur, sed citra dolorem data porta ruant: iterum  
tamen dividendo tempus curationis, & praeferventia, & re-  
gionis affecte admovendo chirurgicatum manum, ut pars ad na-  
turem tonicum motum reducatur.

Abire propterea jussis purgantibus, validioribus, solisque casæ

(1) Ut ait Hippocrates de Morbis Popul. sect. 7.: *Qui equitaverunt, aut amplius iter fecerunt, aut alias labores exequibus persecuerunt, his ad homines impotentes resolute oratio sunt, ac dolor &c.*

sig floribus immunita intellinorum difficultate (1), ( si a cathericis per os sumptis alienus est, adhibere citram posset. Oribatibus medicamentum (2), quod odoratissimum pro alcum parat; aut illitiones fedis, & umbilicis purgatorias, chezantia dictas, ex cyclamine, nitro, verato nigro, & albo, colocynthide, sciamoneca, elaterio, grano cnidio, caricusibus pinguisibus, & selle taurino paratas, quibus olim Paulus Aegina (3) utebatur, prout adstant doctissimum Professori videbitur) fumere poterit per triginta dies matutinum, & vesperinum tepidulicium cyathum distillatis octo uncianis pro qualibet vixce ex rad. bardanae, saffras, collopendrio vero, pino, sylvestri, betula (4), schizantho (5), fol. perfarici (6), agrimonie paucim. i. rad. faxifragae, peucedani, quod feniculum porinum dicunt, liquoritiae, raphani  $\frac{1}{2}$  zii. lumbricis terrestribus n. xl. vino purgatis, secundum artem preparatis, & inf. in aqu. comm. viii. addito tempore distillationis laete vaccino e. viii.

Lac sincerum; & eviglio emulsum autumnali tempore suspectum erit, ob caseofum incrassans, & acidum latens, quod disjectas arenas potest in contactum, & amplexus allicare, & solidare. Quando tamen docta mens fugit, aut Pariens inclinetur, poterit adhiberi coctum, aut thea fuggitatum (7)(8).

Indicationibus vero suaviter urinam (cavendo precipue acta dolorum a diureticis validioribus) ciendi, & Aerum preferandi, apprime satisfacere poterit usus specificorum, puta sucii parietariae, bdelii (9), terebinthinae Venetae, sanguinis hirci,

Z

(7) Paricaim modo Hippocrates & videlicib.

(2) Quia, qui alatum lubricato habent, difficultate calcato corrumpuntur. Bagelius, lib. I. Præcessus Medicus, p. 74.

(2) Cap. XLVII. hic habet: *Felis terrenus* et *echinus*, melantes, aut nitri, utroque dentarii vi. granis dentis eius viii., clasteri dentarii. Leucanthemum viride certai oleo scirpi, et opiniatur ad uniuersitatem, sumptu et ore unius dentarii: *hunc unius eductoris* i. qui parvula gaudet, si bene coactis hoc annos admodum debilitatis, sed aliq[ue] magna dente, animo secesseretur.

(3) Cap. IX.

(4) Cuius vim in detergendas urinæ viis tantum magni faciunt Auctores, ut illam aliquando

diabetis cancerum crediderint. Vide Ettmuller  
sum in Collegio Pract. pag. 562.

(5) Non solum quod ex Arabia, sed ex A

(7) Par enim modo Hippocrates (*vide lib de Morbis popularibus, n. 55.*) curavit quedam Clomington in Albdenis nephritis. Hunc manu quidem datur hoc exprimere, & agne sanguis pars, ita ut amboas copiofusas totius effectus lenirentur. Ad usq[ue]r autem venis velut afflatus, obfusca, beta, & canescit, unde nigrescunt tem-  
perantur, & adhuc subtiliter & urinam rectifican-  
tibus, datur etiam cunctis populis. Hoc vero vultus ra-  
tione conseruatur, & aliud substituit, & urina pa-  
re probantur. Vide autem hoc donec urina rectifican-  
tibus.

(8) *Ad rheumaticos hos lumborum dolores potuerit*

*lactis coeli ex ea aqua decantatione therè manè sum-  
ptuus ad Th. i. circiter, solitissime suma expertus.  
Hic idem resedimentum tadiaricis. Et calcolobus fortal-*

*Pisc faciem venetiam postagressus, & taciturnus foras-  
se non abesse. Baglinus in lib. I. Præcess Medi-*

- cas pag. 74-  
- (3) Quad multistriatus dicens Galenus elegit

leporis (1), spiritus salis, decocti malvarum, aut naustriam aquaceti cum butyro, & melle, diverso modo secundum circumstantiam exhibitorum.

Parte affecte non admovenda robortantia, qua subiecta foliada crifpent, exficitentque; multa minus laxantia, que inertiam, & debilitatem in fibris promoveant (nisi actu ferociantis doloris, quo portæ aperiendæ, & inferior transitus fomentationibus, femicupiis, & balneis (2) promovendus), sed solidorum vis in statu primigenio naturali reducenda, & conservanda, linimentis ex pinguedine urfina, & viperina.

Seligatur aer temperatus, & cubiculum versus meridiem. Vitet vitam fedentariam, sed tamen fine labore. Vinum fit multa aqua dilutum, quinimo autumnali proximo tempore simul fervescatcum; addendo, acta prima mustacea fermentatio- nis, manipulos florum fimbaci, utpote magnum in hinc ægritudinibus praefervativum. Exulantibus animi morboribus, & quoconcupis mentis labore abhorreat pariter alimenta caesofa, pinguia, oleosa, & falsa: amet refrigerantia (3), & leviora, vitulum, leporem, pullos, alaudas (4), & cetera volatilia (5).

### O B S E R V A T I O I N M O R B I E V E N T U M .

118. AD Nob. Ägroti curacionem celeberrimus etiam Macop- pe radicem *partem brvae*, aquas acidulas chalybeatas, nitratas, distamque, saltem semiflaccas, immixtis ecoproticis, laudaverat. Verum usu diluentium, humectantium, & præcipue praescripti destillati pristinæ incolumenti integre restitutus est.

### HISTO-

(1) *Leporis fenguis*, & *pellion rotam in ol-*  
*la* *ad coquendam* *in* *alio* *tempore* *ad* *coquendam* *in* *E-*  
*statis* *apud* *castra* *poter* *ad* *coquendam* *annos* *peccato-*  
*mox* *deleperit* *Lapis*, & *cincivitis* *foras*. *Hoc rege-*  
*riuntur* *nos* *ipso* *peccato-*, *no* *doloris*. *Sextus*  
*Plutophorus* *Platonicus*, *lib* *de Medicina* *ex a-*  
*nuntiis*.

(2) *Balanis curata*, *multa calida laxans*, &  
*tephrafaria*, *qua parte maxime detrahit adhuc* *Hippocrates*. *Et deinde*: *attenuata*, & *molles-*

(3) *Molopponas emarginata*, *Or potus apud al-*  
*terram* *pura* *destillata paludicorum*, & *calidissima*, *vel*  
*fusca*, *vel* *maxime* *fusca*. *Dugilvus lib*. *I*  
*Prax. Med.* *pug* 74.

(4) *Cordium in contractum* *ad tactum* *in E-*  
*statis* *apud* *castra* *Germanie* *etiam* *malum* *lentum*  
*hastatum*: *videlicet* *Ermellinus*, *ubi* *act*: *ha-*  
*cius* *caro urinosa*, *lubidum*; & *calidum* *prærit*,  
*obseruandus* *citius* *Hofmanni* *in Hercule Mo-*  
*dico* *pug*. 172, *qui experientia propria confirmat*  
*actu* *et* *modis* *curare* *possit*.

(5) *Cerera* *speciosa* *in* *modis* *mebris* *propo-*  
*nuntur* *a* *Levino Lemino* *de* *ocellis* *natura* *mi-*  
*raculis*, *lib*. IV. *Hoc* *eff* *fixifraga* *emperum,*  
*cribrimon*, *lithoperna*, *vulgo* *milium* *foli*,  
*venefica* *foli* *species*, *actio* *in* *cerasi* *specie*  
*robusta*, *atque* *obtusata*, *dauca*, *spina* *hor-*  
*tente*.

### HISTORIA XL.

FEBRIS, DOLOR IN COXA, LIENE, HEPATE,  
SINGULTUS, URINA NIGRA CUM  
ARENULIS, VENTRIS TUMOR.

119. **F**acilius esse ägrotare, quam perfecta valetudine perfrui, norunt præcipue illi, qui anatomicis experimentis humana extra observarunt, videbuntque, ab exsufflamentis partium textura microcosmum coagentari, quarum una tantummodo vel corolla, vel violata, vel quocumque alio modo a regulari statu abfcedente, aut morbus, aut extremum fatum in limine est. Explicatu perdifficile puto: quomodo solida, eaque multa, & majoris usus vitari potuerint, quin illa labes sensibilis ad multum tempus irreferat, ut evenit in Ägro modo describendo, in quo denato multa reperta sunt, que probabilitate paucis diebus fieri non possunt, & tamen usque ad fatalis morbi initium perfecta salutis gavisus est. Quia vero tunc temporis, ob domesticas, neque modicas curas, cadaveris sectioni, difficultiam antecedentis morbi dia- gnostici fortasse explicanti, adesse non potui, sapientem Vi- rum Aloysium Garbellum hortatus sum, ut quae observata ab eo fuere, publici juris faceret, sidemque nostras morbo- rum historias ornare dignaretur.

### E P I S T O L A .

#### FRANCISCO RONCALLI PAROLINO

Academia instituti scientiarum, quis Bononia est, nec non  
Collegii nostri Medici Socio.

A LO Y S I U S G A R B E L L U S

S. P. D.

120. **M** Ieram C. V. Joanni Baptista Mazino Collegii nostri Socio, in Patavino Gymnasio Publico Prædicta Medicina Professori, editiis libris celeberrimo, lucubratiunculam me- am,

am , petens ; ut si quid in ea minus recte scriptum deprehendis-  
set , obelo confoderet , fin autem videret non esse medicina locum ,  
una litera emendaret . Vism illi est eam non improbare : verun-  
tamen cum illius iudicione plurimi facerem , lict me imbecillitatis  
conscius , suplicaver ab amore . Et ab insta ei humanitate pro-  
fectum , addidisti tu pariter illius calculum tuum , atque etiam  
autor fuisisti , ut , quoniam ad implexi morbi examen , multa , &  
quidem rationabiliter meditando , multiores fuisse nobiscum in con-  
sultationem accitus , ita hinc tua morborum Diatriba , ubi exgo-  
rantis natura rariora phænomena explicantur , hanc quoque me-  
am comitem dare per te mihi integrum est . Pareo tibi , nimis  
fortasse amice studesti : sed tamen , ut verum fatear , non nihil  
padore suffusus , ac refitans : nesciisque res cadat , vestris judici-  
is me satis superque inebet . Vale .

Brixia Kal. Januarii A. D. 1741.

## JOANNI BAPTISTÆ MAZINO

In Patarino Lyceo Medica Aris Professori , ac Collegii  
nostræ Medicæ Socio .

## ALOYSIUS GARABELLUS

S. P. D.

**121.** Ut te fidenter aedam , V. C. , & lacubratiunculam hanc  
meam tibi difunditndam offeram , facit perfecta huma-  
nitatis tua , & doctrina non vulgaris : quarum altera facies aditus ,  
altera rectum , & quantavis pretiū jaducere pollicetur . Decimusquin-  
tus jam prope effluxit annus , ex quo Patarui , ubi tu Veneti Se-  
natus , Triumvirumque suffragii honorifice probatus , Medicam  
artem in illo omnium disciplinarum celebratissimo Gymnasio magna  
cum laude proficeris , emenso studiorum meorum curriculo , Lau-  
rea , ut vocant , auctus , in communem Patriam redi . Hic ve-  
ro , ne otio , ac desidia corrumperem , si boni quid in Patarini  
Academia labore , ac vigilantea comparaveram , summa ope  
nitendum ratus ; & multo etiam magis , ut porro pergerem , &  
jacta illic semina forem ; cum probe noſſem , me in longa , an-  
cipitisque artis cultura versari , nungquam defisi , quin quotidie  
semel , iterumque agros invicerem , senas tentarem , adotarem  
que symptomata . Verum neque id mibi tanti esse facendum duxi ,  
ut in eo , neglectis aliis subsidiis , conquecerem . Itaque eidem flu-  
dio

dio addictos in aedes meas admittere institui , ubi tum veterum ,  
tum recentiorum scripta , nulla non luce , quoad ejus fieri potest ,  
diligenter evolvimus , excitatis etiam disputationibus , in quibus  
mutua ingeniorum collatione aut disceremus , aut doceremus . Ve-  
runtam cum humani corporis anatomie potior hæc aris pars cen-  
seatur : sitque revera liber illi excellens , quem summus rerum O-  
pifex ineffabili profusa ratione compedit ; cadavera quoque seare  
agressus , eorum praeter ceteris , si quos latens morbus conservet , cu-  
jus causas indagare est opera pretium : multa ibi , & varia de-  
teximus , qua nisi oculi fuisse subiecta fidelibus , nequidquam  
conjecturari aequi tentassimus : sed inter alia illud in admiratio-  
ne me rapuit , quod tibi hic decribendum suscepit .

Porfiride nonas sexiles labentis anni 1740. acceptis invicem de-  
cumbentem Sacerdotem , annua agentem quintum supra sexagesi-  
num , id statim emensum integra valetudine , nullo unquam gravi  
morbo tentata .

Erat ille fanguineo-bilioſo temperamento , fibra valida , carnoſo  
habitu , facie rubicunda : sed vel sanus urinas reddebat sedimento laterito , fundo matute , ac ejus parietibus tenaciter inhaſerent-  
e , cum nulla tamen renus moleſta vexaretur .

Laborabat se , quam continuam abque illa moleſta exacerbatione per quinque dies deprehendi , nulloque alio ſipata ſympo-  
matum , quam ſinistra excedens dolore , qui in lienis regionem , in-  
de in ſinistrum latius transgrediſſet eī , quo decubere non poterat .  
Sudor hīc diebus tot corpore diſfluēbat , alrone dura nibil exerce-  
bat .

Nox ante undecimum diem Auguſti gravis fuit , & febris illa  
die incrementum ſumpſit , nullaque ſudor apparuit : dolor acutus  
hepati regionem prebendit , relicto tenei : & ſlatim Ager capiū urinam  
nigrā ſanguinolentam reddere , qua inde ſappreſſa , acutus  
in rene dexterō dolor ſecutus eī . Singulat⁹ acutus acceptis , & lingua ni-  
griecans , ac arida fadū confiſciebatur .

In confluum vocato prælantissimo Viro ſoldali noſtro Franciſco  
Roncallo , quamplurimis remedis tum interni , tum externi , li-  
cet incæſiū , huius ſalutis propifticandū curavimus .

Die 12. Auguſti , dolor in regione hepati mitefere viſus eī ,  
& deno ager arinam nigrā ſanguinolentam reddere cepti . Vel-  
peri exacerbata fuit febris una cum dolore dexterī renis , quin a-  
liquid , vel minimum urina apparet .

13. Postquam noctu magno febris ardore , & dolore renis vexa-  
tus

tus fuisse, nilque lotii reddidisset, ventrem tumentem vidi, & catheterem in vesicam adacta, nulla urina gutta effuxit. Tandem summo cum dolore, multo rando parum urina nigra sanguinolenta reddidit, subhidentibus aliquot arena globulis.

14. Paucas arenas una cum urina nigra sanguinolenta vidi.

15. Dolor renis immunitus est, singulis frequens fuit, & urina copiose cum dolore fluxerunt.

16. Dolor latus dexterum vexare cepit. Hora tercia noctis erupit sanguis & nare dextera ad v. iii. autoque singulit, febre, & magna ventris distorsio, ac syphole, dolores evanescere.

17. Se pejus habuit.

18. Sub aure dextera tumor enatus est.

19. Deglutio lefa, cum aphonia.

20. Quia fuit decimaquarta a decabitu, motus tremuli manuum, urina nigra cruenta abunde fluxerunt, Eger mentis compos hora vigesimquarta obiit.

#### OBSERVATIO.

ne tendens forte, qui infra ejusdem artus rotulam desinat, in-  
farctu aliquo, ut in tumido cruce, crassiores, dorsoresque facti,  
inferiores rotula fines quadammodo amplificent, ac producent, ut  
aliquid propter de non vera brevitas cruri adiciatur. Quorum  
nisi alterum, dimicentium, quantuvno diligenter morum, fo-  
liariani clusit, ingenuo fateor, aut alia aliqua in æstro latere,  
qua sit adhuc observanda, aut ex his, qua mecum communica-  
ta sunt, nihil præterea esse, quod ego quidem de istis brevitatis  
causa possum conisci.

Quod vero crux adhuc tuncat, & sine motu jaceat, utrumque  
in ea, qua femori contingere, & adhuc contingunt, magna ex  
parte

parte reici potest. Musculi enim, qui crus propriæ movent, ali, huius robustiores, a femore exoriantur; cuncti vero per femur ducuntur: per idemque omnia seruntur vasa, que humoris in crus inseruntur, aut a cruce avehunt, unde ceteroquin vel ante fracturam non faciliter reduci convevise, antiquus lymphaticus, per intervalla, pedum tumor ostendit. Quod si alia inter deflendum, cadendumve sic affecto cruri leso accessit (neque enim, ut tali ascensum, sic aliam omnem inde profectam cruris noxiam difficile crediderim) huic quoque in parte illud utrumque incommodum est impundandum.

Quid ergo mei consilii est? Neque tantum superest animi, ut auditor fin, ista præsternit atate, os femoris frangi rufus, ut Celsus (1) docet, & dirigiri debere, quod si aliquoquin, ut idem (2) admovunt, nunquam in antiquum statum revertitur: nec recifimus animi tantum decti, ut omnia temporis committendi esse, censam. Evidem a longo, meliorique tempore multum spero, si modo resistenter in crure humoris infuspi semper, inerteque sint, & ad fermentandum incepti. Vaforum enim, qui in femore nunc pressa, aut distorta sunt, vix sensim magis magisque expediti, ac dirigi poterant, ut parvum adentes ad crus humoris ea vi transmittant, qua redditum ipsorum magis promoveat i partim redemptores, aliquanto facilius excipiunt, atque abducant i unde crus demutemferat, minique propterea resipere queat: moventibus musculis, quorum vena & ipsa paulatim solent confirmari. Atamen siquid fieri in sanguine forte redundant, sensim cum per alcum, tum per venes hac præsternit tempore subducere, quo minus est, quod posset in crure resipere. Huius autem quia resolvere, ac disertere valent, admoventem, leviora primum, deinceps, scutis res procederet, ex ordine validiora i alias inferpendo, alias fasculis, hoc præcipue tempore, & vesicis inclusa. Meliori vero, si Deus annuerit, tempestate, ut interior diaphoreticus, si exterioris, & formativis, & balneis, & Eugenici præsternit latus conniretur, ut vires accederent, tumor decesseret. Qui donec perficiat, cum multimodis noxius est, tum certe prohibet, siquid in crure, ad immunitatem præsternit articulum, vitiis sit, ne facile dignosci, & quod gravus est, ne chirurgica manus, quando adhuc licet, ullo modo allevari possit. Ceterum & veraceum ventriculus, atque intestinum nativo adhuc calore præditis, suis vel circa femur opportune esse poterit locus. Sed plura non addo, ignarus quanam, & quo

(1) De Medicina L. VIII. cap. 10. num. ult. (2) Ibid. num. 5.

successu sint hacenus adhibita. Quin & ipsa qua attigi, ne ipse quidem probaverim, nisi quatenus, & quando ab doctissimo Medicis, Chirurgisque protent, quibus res omnes, & statu Nobilis Viri perfecta sunt, & primisque ab eo Clarissimo Viro, a quo in nonnullis ita difensi, ut in aliis adspiceretur, in omnibus sim, quod potero, libentissime obsecuturus.

### OBSERVATIONES IN MORBI EVENTUM.

#### I.

134. PER plures adhuc menses totius coxae segritudo perseveravit, cum magna affectu regionis inumcentia, que longum meruit remediorum experimentum. Tandem, superis, & nature insito vigore annuentibus, solidato femore, detumficerunt corporis partes, postque leves pedis tractions, & malleolorum compressiones a sapienti Hiacyntha Mompiano praæscriptas, nobisque interdum videntibus, a Chirurgis peractas, in magis extenso erute pedenterim redit infra rotulam longitudinali proportioni, & articulationis motus: ad id summe conspicitibus consilis non solum clarissimi Antonii Pluda, qui agendis semper præfuit, sed etiam docti, & in illa Medicinae parte, que manu medetur, dexterri Viri Dominici Bafiochi, qui in Florentina Academia Chirurgicis institutionibus ornatus, atque non ita pridem ad curationes in majori Brixiano Xenodochio, & in hoc quoque casu, pro re nata, accidens, de Nobilissimi Patientis salute, optime meritus dicendus est.

#### II.

##### Ratio claudiginis in Egro.

135. PATiens tamen incedi, sed claudicat. Factum enim a nobis prognosticon ditantia inter fracti femoris apices, per aliquad spatium, morboſi evanescitibus lymphis, & velligio patuit: tamque una extremitas, inferna felicit, in externo latere eminuit, adhucque protuberat, ut valde ab alijs femoris trunco debeat necessario distare. Quare, sicuti sumptuose admirandum est, quod in tanta interna continuo solutione, & pedissequa vaforum laceratione, fermentacea humorum

rum corruptio non evenit, & remota a se invicem offa nodus ferruminaverit; ita obvium, nec criminandum est, quod post jam factum fracture (1) gluten, sero vocati Professores, & parata ars, tantummodo, qua in reliquis potuit, executioni utiliter mandaverit (2).

## HISTORIA XLIV.

### TENSIO IN ABDOMINE, ET MUSCULIS INTERCOSTALIBUS SINISTRI LATERIS.

**136.** **M**orbos serumnas in consultationibus Brixiam transfigurando traditis, graphicè descriptas, quas multis abhinc annis passi est Illustrissima, & Excellentissima N. N. a labefacto chylofis magisterio, a fermentorum inertia, ab uteri ataxia, & hypochondriorum aucta pendere conjectandam est; quae omnia ab erroribus in virtus regimine, ab animi patetemibus ulterius in motum posita, atque ad nocendi aptitudinem evoluta, talem dyscrasiam in sanguinis, & liquidorum massa perferunt, ut vivita intellimi, & progressivi motus lege, per transpirationem, per urinas fecundentibus subtilioribus aquosis particulis, viscidi lento, fortasse peculiaris idiosyncrasie aucto intercedente, in visceribus, in musculis, secundum similitudinem trunci rectitudinem decubente debuerint. Quoniam vero timor (3) obstruitionis in liene ab observationibus clarissimi Viri, Morgagni (4) scilicet, expulsus est, & potrem epistola (5) admonet, in praesens signatur Nobilissimum Mulierem

(1) Claviger Autore fracturam ablique claudigine reparare difficultissimum dicunt.

(2) Non enim omnibus eventu, quod mortuus est, C. illius, p. 51. & 52. & 53. tumidum feliciter viri, in quo polli consilium confitit.

(3) nova quadam in fractura loco evata est, & adhuc exinde, Acta Acad. Lipsiensis, Tom. I. pag. 363. referunt D. S. & P. Medicus Doctor Parisiensis, de altero Negro post

fractura in transversam alia, & ratis si qui vintus qualitercumque responsum & diversa brachiorum extremitatis patens recuperat, hanc ipsa polli natus rati facilius leviter, & cito soli & iugum fracturæ rediret. Videlicet adixa Tabula III.

Figura III. exhibens ossium configurationes, in

deutro observatas, & perfectam, quae dixerit, articulationes cum apophysis fusi, ex facie ferente callo efformatae: quod sane mirandum, sed non paucum in Egriis expectantibus est.

(4) In prima Consultatione D. Petri Zosella, Le galpinzini, che occupano nell'intervalle le coste, & il petto, & il petto.

(5) In secunda Consultatione: Manus legit

patas ritteriori a milia, & tremula, & glandula aduersa del sofferto erat.

(6) In Epit. D. Francisci Vecchi p. 2. Novembre 1740. Sollicita la spedizione del parere Roncalli, particolarmente per la guarigione della precita tensione.

rem ab aucta musculorum intercostalium, & abdominis mole torqueri, & pro hac consilium peti: iubet nostrum onus, ut, missis iis omnibus, quea jam descripta, aut fortasse facta sunt, & casum hunc circumventum (agimus enim cum doctissimis Viris, quibus nihil ignotum est) in medium afferantur ea, que morbum hunc extirpare possent, ac deberent.

Neque vero ad tumidam musculorum tensionem quod attinet, morabor in illius formationis modo: cum quilibet vel leviter in phycis, anatomis, mechanicis initatus optime calleat, humanam hominis fabricam solis fluidis, & solidis tubis integrari, atque a primis in gyrum feliciter abeuntibus incolumentem pendere. Quia lege, quoties mucilagine, & viscidi humores in sanguine dominabuntur, actu circuitus poterunt in hanc, vel illam partem decubere, ut evenit propria Nobilissima Patienti, in qua aut coeva ab utero latuit sinistri lateris solidorum debilitas, aut traeha temporis ab externa causa, aut ab interna, scilicet ob infarctum intestinum colon, & adjacentes membranas, compressio, interdum a flattibus, aut a corrugante aciditate fibrarum crispatura, & ficticas, ob quas causas aucta pedetentim stat, tena, & in aliquam molam aucta durities omnibus remedii usque in praesens reludant, enata est. Quoniam vero annofa ejusdem perfeverantia inflammatoriam a sanguine indolem excludit, aucta atrabilare fermentum, quod tangendum non sit; reliquum est, ut resultans haec ab aliis potissimum lentefontibus liquamini bus uno, tenio, & tumorofitas attenueat, ac diffolatur. Opus sane magnum, sed non adeo difficile, dummodo Patiens ad oblatu, & aptanda se paratam exhibeat, praescriptam ab Adstanti diatam observet, hilarem vitam ducat, & non, more magnatum, & summarum personarum, sed more ceterorum hominum medicis manui obsecundet: ut apprime ad rem nostram notat Ramazzinus in Orationibus jatrici argumenti; Commodi scilicet Imperatoris, qui a Galeno vulgare remedium voluit, & convaluit.

Duplici autem modo tentandum opus est: uno, qui internas causas respiciat, & tollat; altero, qui remediis ab extra applicatis tensionem solvere possit.

Quia vero doctissimi Professores in hoc casu, de acido, de auerto, de mucilagibus, de opillationibus, de obstructionibus, uno verbo, semper de liquidorum lento, morbos hy-

pochondriacis etiam affectiones, nuncque suppreffionem cata-  
meniorum producente, fempfer locuti sunt; idecirco remedium  
illud adhibendum est, quod valcat etiam ultra infenestratum  
tubum in glandulis, in quibusque utriclebus, & visceribus  
lentefcentibus amuracis solvere, atque ad inferius emifumari  
trudere. Pilule autem Bellidet hoe efficerunt poffunt, & fortalit,  
Deo dante, efficiunt, si legitime a Taurina habebuntur,  
intercalatis diebus eisdem utendo, etiam statim in hac hyemal  
confiſtutione, & ad multum tempus. Nec timeat Nobilissimi  
Patiens: centies enim, & ultra ipfas adhibui in delicatoribus,  
quin aliquid danni evenerit.

Laboranti regioni sinistre pectoris , & abdominis aptetur ,  
sed per hebdomadas , magnum illud arcanum Fulvii Gherli ,  
jam num. 24. pag. 43. expositum .

Gruis adeps (1), emplastrum circuta, vel noctiorane, vel fterorum anteris, columbi &c. cum lixivio, aut urina pueri fabrefactum, tumefecens tenifonis dissolutionem praefare potest pretermittit si ad affectionem latus Catellus Meliteanus vivens frequenter accumbet, fuoque calore, respiratione, & fytole, applicatis remedii vim addet (2). Ad excitandam ventriculi digestionem, aptare poterit regioni mucronatae oleum mafstich, aut ex capparibus, aut panacei tritum, vino Cyprio, quod ex sinu Iffisco adiutetur, aut Rhizatico (3) mædificatum (4).

De suppuratione in affecto latere producenda, ut a centrali-  
bus partibus ad cutim morbus semper magis allicitatur, ultra-  
bus loquar, quod tantummodo in cura coacta facientem est.  
Ut vera tamen fatcar, Summus Vir, cuius curatione una cum  
D. Constantino Roncalli Parente nostro, praeclaro doctissimo  
Professore Paulus Gaudencius, & Joannes Baptista Mazinus,  
nec

(1) *Lacorum duritas, & concretiones difsent.* Sextus Philoponus Platonicus. Lib. de Medicina ex antiquis.

(2) De Carteis admotis , & nutriti calo-  
renes fontibus, iugulo Levinus Lemius de  
oculari naturae miraculo, Lib. II. cap. 13. ubi  
annuntiatur: *Natu spumen equum sed hoc pra-  
dictum, quibus calor eiuscet, vocatur, non regem su-  
mam, dicitur enim variogram .* De Carteis  
admitit in Georgio Dethardingus, obser-  
v. ad cartesim moderata . . . Tendens fuisse molas  
legenda cum Epiphile Medici praeſentiam Aloysii Mu-  
nilius Medicis Brixianis preſentiam, qui dicu-  
lis Galeni , & Aetio documentis , ubi ventris  
dorsus nequa tempore spinis etiam eodem tem-  
pore aptanda doctilime probat : si quando ig-  
tur nubes perire venturis ut sequitur Gedenca re-  
pente, que dicitur, ut postea Gedena re-  
petit, videtur, que dicitur, ut postea etiam tunc  
pertinet, ac tunc, ut nubes alteri, etiam tunc  
pertinet, ac tunc, ut nubes alteri, etiam tunc . . .

(3) De quo mentionem facit doctissimus Scri-

peor Petrus Angelus Lavizarius. Memorie Isto-  
tiche della Valtellina , pag. 2.

(4) Ad remedii hominum quod attinet, legende fuit Epiphile Medicinalium Aloysii Mumellae Medic Brixianus praestantissimi, qui disculps Galen, & Aetii documentis, *ob ventris con-  
doso neruoso* & *remedias spine etiam* *centrum* *pro-*  
*perta aptanda doctrinam probat: Si quando ig-  
nitus nopus sicut ventrejuveo & juvare, mihi  
descens rationabiliter illi, & secundum Galenam age-  
re videtur, qui dicit, & anteriori tunc ventris  
parti auxilia applicant: qui vero alteri tantum  
panseferent, quibus ratione tunc Dic. 75.*

nece non R. M. Vicaria Capucinarum (1), manualem operam dante D. Andrea Virginie xenodochii *Incurabiliis Chirurgo*, atque N. N. Clericus Regularis sub regimine docti Viri Josephi Aldigierii, & D. Pompeii Mandini, tenfiva muſculorum abdominis duritate olim laborantes, media suppuratione in affecto latre, prifina saluti, nobis etiam adstantibus, restitu-  
tiare fure, & adhuc ſuperavit, vivunt.

O B S E R V A T I O

*MERCURIUS CONCRETIONES SOLVIT.*

- <sup>137.</sup> **Q**ualequaria sunt figuræ, sphaerica scilicet, vel sphæroideæ<sup>(2)</sup>, quibus argenti vivi particule dantur, illud circa dubitationis aleam est, nil aliud inter amplissima natura regna reperi, quod magis concretiones, & præcipue ab hærente lympha producuntur, in animo corpore solvere valeat, quam furens ad illum devenientium est. Vide num. 126.

HISTORIA XLV

## FISTULA IN SCROTO, ET PERINÆO.

138. **L**aboriosa, coadque ab incute **atate** misericorditer per intervalla, statutis temporibus, recrudefere in Nob. Patiente **atatis** conflentis, cum calore, ad humidam plethoram dispositi, ficut nativam colli vesice, & circumstantia fibrarum debilitatem ostendit, ita non mirum, si post convulvulos mejendi premitus, postque annosas semper cum stimulo solidorum oscillationes, tandem proximo præterito Octobri tumorem ad scroti radices, & perinai confinia produxit; qui deinde suppurratus, licef **femel**, & bis refecitus, tandem in fistulam abiit. Sicuti propterea de partium humiliori urina tractui inferiuentium inertia confitat, ita pari paſu, & de reliquis conicendum est, de stomacho felicit, hepate, ducatum, u-

(1) Hoc loco silendum non est, per arte factum media lanceola foramen quatuor transversalibus digitis supra dextera angina, post pulsibus leviter, nos docemus operam, dicit Opere ne nobiscum flupentibus, & eo magis quando vidimus. Aegram pastratim ad pristinam valetudinem officia penitus redactam.

(2) Vide Guilleminum in tractatu de Fluminibus, cap. 1.

triculorum, & fibrarum omni genere. Cum enim alias acuto morbo laboraverit, ventriculi idiosyncrasia medicamina non ferat, viciündicula lympha venas inficiat, aut nervosa paginae comprimat, & intercurrentem laticeum coinquietur, semperque in urina filamentosae innatent massile, quandoque meatum urinarium obstruentes, sic de universalibus quodammodo causis, ad peculiares productum morbum conspirantibus, dubitandum est: scilicet ex laxa canalum compage sanguinis circumut non nimis urgeri, alba liquida in secretoriis incerniculis aliquatenus quiefcere, glandularum fermenta otari, illamque sublatam esse proportionem, in qua perfecta salus confitit.

Hinc modis labefactata chyloſi, & hematofsi, collectæ cruditates acidæ ad lotii promptuariū defluxerunt, ibique quietentes, fermentantes, aut quovis alio modo ad deleteriam indolem evectæ, demum auxerunt propinquioribus partibus filum, donec, flagrantibus noxiis ichoribus, & subsequenti tanta morbo cumulata, tandem tumor, suppuration, & fistula enata est.

Quamobrem, cum innatum antiquum in separanda urina vitium tollere difficultissimum sit, (nulla enim excogitabilis panacea organicas partes aut mutat, aut innovat), ideo finendum, ut morbus cum Ἀέρῳ confundatur, solūquem eo artis meditamina dirigenda sunt, ut exarata symptomata mitiora evadant, acidam acrimoniam solvendo, inquinata liquida expurgando, cum ea potissimum ſpe, ut hæc methodus ad chirurgicæ manus auxilium non parum collimet. Levi itaque premilio ecoprotico, transitus fuit ad decoctum vulnerarium apprime opportunum, ſi ex paterno etiam hereditario femine lues Gallica in penitiflissimis vicerum meandris lateret.

Interim feroto, & perinax manus admovenda. Cumque attenta specilli intruſione, Brixiae obſervatus fuerit fistulosus ductus per longitudinem quinque digitorum transversalium ad ſinistrum urethra latus excurſere, ulque ad ani sphincteris productiones, morbusque de illis ſit, quos diu ferre periculorum effet, ob ulcerofi tubi profundam longitudinem, & incarcatoris ex mechanica fistule conformatiōne puriformes ichores, ex vacuis internis parietum indefinenter extillantes, qui, veluti ex ſalebroſa, & coante ductus ruficitate, in fundo obſignantur: ſic, penitus exſiliato vulgi, & barbitonforum aſylo, quod

fistulae

fistulae, fonticuli inſtar, pravos humores, cum Ἀέgrorum emolumen, purgent, ne tračū temporis multiplices occulti cuniculi in propinquis partibus enaſcantur, aut urethra lacceretur, cum urina exiū per fistuloforamina, morbusque difficultoris evadat curationis, ut videre eſt in libello noſtro de Fistulis Urethræ, Brixiae edito, cui &c: ideo lineis turundis communis digeftivo oblinitis, ulcerofus tubus fiauiter expiandus: proindeque ſpongiosus ad exigentiam modulatis, cum cera comprefſis, & preparatis, ulterius dilatandus eſt, ſed paulatim, ſemperque in ledo, & fecundum Ἀέri refiſtentiam. Infuper ad fistulofus ductus externa labia luxuriantes carunculae complanandas, & deſtrudende alumine rocha uita. Mox interni ſitulae parietes examinandi, & externa affecta regio dīgo compri- menda, ut clare conſeruit de cali exiſtentia: tertiū agendo, interna concameratio potest detergi abſutione, medijs ſiphone projecta, ex unguento Egyptiaco in vīna albo, aut decoctione hordei diſſoluto, vel oleo caryophyllorum, vel denique lixivio foſiarum reguli antimonit, aut praecipitato albo iphis ſpongiosis ſuperimpolito, quibus, dum tepidiueſtis ichoribus humectantur, & augentur, medicamentofum excedens unguen in callo latera ureget, callumque, ſi adeſt, abſumitur.

Hic rite peracſis, ad ferrum deuenientium eſt. Cumque fistulosus cuniculus obliquu aliquatenus, & tortuofus ſerpatus duclu, ſic pluribus, hoc eſt, tribus vicibus, ſectio peragenda, & paulatim a parte poſt partem ſinuofus cuniculus uſque ad fundum aperiendus, ſemper, quantum fieri potest, longe ab urethra, & vitatis fanguiferorum canalum diramationibus, que ad ſcroti baſim interfluunt: ſemper in prompu habendo adſtrigentes pulveres, aut aquam ſypticam ex alumine, & vi- triolo paratam, pro fistula haemorrhagia: quibus ſuccedere debet farctiorum uſus, terebinthine ſclicet, balsamum homogeneum, oleum hypericonis, fangus draconis, bolus Armena, coralli rubeti, & ſimilia: ita ut, media plumaceorum compreſſione, & adaptatiōne, caro ex fundo ſucrificat, non vero fistula iterum uniat, & cocat.

Adu tamen curationis, non ſpēndunt effet experimentum intruſionis uno codeme tempore in urethram ſyringe, in fistulam ſpecilli, quibus pari paſtu delicate impulſis, & ambulantibus, dignofcuntur meatus urinaria interjacentes tunicae, & propinqua caro: quinimo certior lux duceretur de diſtantia fi-

ſtulae

stulae ab urethra; & ubi syringa ad vesicæ collum pervenerit, de valvulae majori, vel minori debilitate, deque tot toleratis in separando lotio ærumnis major ratio coruscat.

Quando tamen haec methodus, licet sola, rationalis, & curativa (non enim aliis remedii has fistulas curatas vidi) quia tamen aliquatenus crudelis, aut Negro, aut adhanc Professori integre non arrideat, alia facilitori, palliativa, sed que fortasse curaret, procedere poteris: hoc est, specillo cavo ab Ambrolio Paræo (<sup>1</sup>) descripto, & utque ad fundum fistula adacto, nec suaviter, sed fortiter, ut fummus apex in decliviori parte externum corniculum agat, & prementem alteram Chirurgi manum doceat de sui exitu: mox acu per specilli cavitatem, tuis propinquis paribus, excurrente, emisfarium appetiat. Sic etenim, deliquentibus ichoribus, antiquum fistula oculum, superimposito Peruviano balsamo, & diopalmata ceraso claudetur, extillantes humores quietescere non poterunt, nec cuniculos, aut novas suppurations moliri: ulteriores continui folitiones non producentur, pars siccabitur, & aut perfecta cicatrix operietur (quod facit Deus) aut faltem non longe ab ano, & circa haemorrhoidalia vasa morbus magis in aperito erit, ubi expurgationes conuictæ, & facilioris semper erit curationis. Quæ &c.

## HISTORIA XLVI.

### HÆMORRHOIDES DOLORIFICÆ CUM SUBSEQUENTI FISTULA IN ANO.

<sup>139.</sup> Longam sinistræ mandibule affectionem, cum tardigrado tumore, ad suppurationem demum perducantem, ad examen ulterius non revocabo: cum in praesertim jam sufficienter V.C. evaseris, ideoque solummodo ipsam ratione signemente tenens, quatenus scilicet acidofalinaem fluidorum indolem portendit, ad alterum anteriorem morbum transibo, quo crudelius, & in praesens devixaris.

Et in primis dubitandum non est, te aliquatenus melancholico prudentiali abundare, vitamque decure studiis applicantis unde sepe fæpius spiritibus animalibus ad intellectu[m] molimini-

ne

(1) Pag. 393.

ne raptis, imisque per consequens visceribus vitoſe oscillantibus, naturalium fluidorum aut sufficiens non producunt disfusio[n]em, aut opportuna non abſolvitur depuratio: ideoque nat[ur]is ad lentecundum rudimentis, eo demum per vires coacer- vantur, ubi requirit lex mechanica circuitus, ubi finniū nat[ur]iva forsan debilitas, laxiorque partis constitutio. Exlege propter ea accedente in externis rebus regime[n], illico de furentibus, ut aī, fed exsic hæmorrhoidibus quereris, & præcipue cum rheda vœtus, pars affecta p[re]matur, aut cum præterlabentes adhuc, & aferante feces interno prominentia vafula ferient. Ob id rationalibus, licet haedens non adimplenta, erat indicatio, ut scilicet internis remedii univerſalis mafla dulcerebet, alvusque frequentibus injectionibus lubrica fervaretur. Quia tamen, hisce frustra adhibitis, preferunt post servidi quia intrusionem, alvus adhuc non exoneratur, quin hæmorrhoides accerim dolent, & postremis hisce diebus purulentis ichor exstallat, p[ro]p[ter]que certo ulcus portendant, in id debet eniti ars medica, ut confer, ubi morbus refidat.

Aliquo viro ani sphincterem laborare, non est, cur dubitemus: tum quia in ipso perfettior dolor: tum quia ad respondentem urethrae muculatum morbofa senatio diffunditur, una cum pubis, & testim intumescita. Id autem ex voluntate eluceat, debet adhanc Chirurgus fedulo incumbe: primo, varis circa anum compressionibus, callos, si adfissi, expirabit: secundo, speculo rotundo vitro, aut argenteo senestrato, aut denique digito in anum immisili, attente observet interni podis paries, utrum levigati naturaliter sint, an potius excoriianti ulcere alperi: quod tamen melius parebit, si linea turunda in anum immittatur, & per aliquot horas ibi quieteat: dum tali tempore cocunte ano, & per consequens adhaerentibus ad turundam internis sphincteris lateribus, ulceris character in ipsa turunda imprimitur, siue extracta docebit: tertio, tenui speculo meatus interne circumqueaque tentandus, cum hæmorrhoides, præcipue exæ, fistulosis sepe cuniculos pariant.

Quando mediis hisce experimentis non conflerit de sphincteris labi, ejusdemque interno aut ulcere, aut cuniculo, hæmorrhoidalia utique vafa culpanda erunt pro stabilienda saevitatis ægititudinis idea. Quod fane, quando licet in conjecturis conjectari, est probabilis, tum propter partis antiquitus laborantibus

tis debilitatem, tum propter laxam ejusdem constitutionem, multiplicibus vaſorum ordinibus coagmentatam, in quibus naturalis niſus abeft, laterales preſſiones urgunt, confusa denique canarium implexio, & diverſitas morata, & ſucceſſivam putredinem in liquidis molitur. Quapropter dolendum, haemorrhoides has internas iſhores nunquam fuditio, qui optati eſſent levaminis; ſic enim laeſitiae vaſorum extremitatibus, & putrefiente jam laxe haemorrhoidalium pellicularum conſinio, opportunity etiam contingere poſſet deterio, & ſuccelvia conglutinatio. Quia ut voto repondeant, conſiderandum etiam eſt, marinus ne aer, muriaticis ſalibus turgidus, noxiam diathēſim in fluidis naturalibus inducat, an potius Gallicum, fi adiuit, forsan nunquam delectum virus, labens aliquam imprimat, aut naturalem dyſcrasiam conſirmet; quibus quidem caſibus, aeris mutationem, aut ſpecificum remedium necelaria eſc, quis negabit?

De cetero quocties liquidorum periftatis a naurali ſtuſo lummodo aberant conſideranda ſit, ad acidō-acrem fane reducenda erit; aciā ſcileſt ab efficitibus, quia ipam vidimus stagnantem in mandibula, nuncque in haemorrhoidibus praefertim ſinistris maxime coaeravatam dolemus, cum non ſpernendo etiam timore, remorare aliquam in plexibus meſentericis nancifici, ibique obſtruſionem latere tauiſ non ſenſibilem, cum haemorrhoides interna ex ramo meſenterico inferiore arterias recipiant. Acrem pariter eſt, portendens dolor convulſus, propinquas muſculares fibras in conſentium trahens, & ſuppurationi materiam fanofam fundens.

Quapropter indicatio eo dirigenda, ut acidum corrigatur, acre mitteſat, & in parte aſſecta poſt debitum deteriorationem opportunity cicatris contingat. Succi depurati ſonchi, cichorei, fumarie, deinde aſſimum lac, poſtremo thermales aquæ, & præcipue ille, qua de vitriolica vena participant, internum o-pus abſolvent; oleo amygdalarum dulcium alternis vicibus ſumpto, quod pro coem infervire poterit.

Ad partem aſſectam caute emollientia adminiſtranda ſunt, laxiora etenim faciunt interna vaſa, ideoque stagnationem liquidorum ſemper magis producentia. Idecirco ad fedandum dolorem præter baſineum, aut ſemicuprum in aqua ferrarioem, laudante unguentum populeonis, cum tantillo opii in vororum vitulis diſſolutum.

Deco-

Decoctum ex symphyto (1), aut ex pomo Hierosolymitanō, quam nomordicam dicunt, aut ex serpentaria minore flore purpureo, vel ſuccus linariae, utpote in hifce morbis ſpecificus, tepide intrufus felicem preſtabit operam; quo haemorrhoidalibus vacuolis perfecte ablitus, tenuī ſiphunculo infiltranda erunt balfamica, aut immittenda turinda terebintho oblitina; cum enim agatur de interno ulcere, faniem fundente, opportunum remedium excogitari non potest, aut inveniri. Ubi autem hoc vulnerarium per aliquot dies adhibitum fuerit, in mundata parte, aut aniſiſcione morbi ſedes facilius patet, ita ut ad potentiora, aut farcitora tutius tranſitus fieri poſſit.

### OBSERVATIONES IN ANI FISTULAS.

## I.

140. QUæ num. 61. Medicinæ candidatis diximus circa curationem hyftericarum affectionum a ſanguinis plenitudine pendentium, hie Chirurgi iteranda ſunt, qui abſque ferro ad curandas haſtilas accedere non debent. Unguentorum, & balfamorum farrago, exdentium uſus, vincitur ipſe fecantes cruncnam vexare, & dolores cire poſſunt. Procul abeant arcana omnia. Sola Chirurgi manus in hifce caſibus proprie divina eſt; quia haſtila quaſi nunquam ſponte fanantur. Nec timendum, dummodo totus ſphincter non ſecetur, ſed aliqua pars remaneat ad feces, circuli inſtar, tubſtindendas.

## II.

*Callus, ſi fieri poſteſt, ante fectionem corrodendus.*

141. SI callus adeſt, ante fectionem, ut diximus, turndis excedente imbutis, & adactis aut totus, aut pars abſumatur. Recenter enim ſeclæ partes huiuscmodi remedia non ferunt; ideoque poſt adhiberi non poſſunt.

E c  
(1) Vulnerarium, & ex principiis celeberrimum. Hoffmannus.

Sectio

## III.

*Sectio fistula adperta tenenda est.*

142. **D**Einde , ut optime animadvertisit Marchettus , summa cum diligentia agendum est , ut fistula adperta teneatur plumacolis medio subligaculo comprimitibus , semper in lecto . Pars enim attritioni exposita est , & unio fit per quietem .

## V.

*Methodus altera pro curandis ani fistulis .*

143. **M**ODO relatum doctissimi Marchetti documentum ostendit , incertam esse proportionem , quam nonnulli suadere conantur : quod nempe in ani fistula durissimum callo circumdata , & etiam ultra totius sphincteris latitudinem penetrante , non transversali sectione utendum sit , sed tota fistula , quanta est , in gyrum excavanda veniat . De hac methodo olim mihi locutus est Venetius non solum egregius Vir Antonius Bello celebris olim Veronæ Chirurgus , nunc Saxonæ degens ; sed etiam Patavii doctus juvenis Franciscus Berzi , qui nuper a diuersis regionibus , Anglia nempe , & Gallia per regre rediens , multa chirurgica instrumenta ferrea , argentea , mirum in modum elaborata , fecum detulit , & tandem alibi praecocemptum opinionem , dum una loquebamur , mordicus tenuis , Veterum solam , & dividenter in ani fistulis sectionem excubilare conuallis est .

Verum nec adeo obsequientis animi sum , ut huiusc methodi de Institutores , & Patronos sequi velim : nec adeo obfirmatus , quin rationibus , & præcipuis experimentis , fleti queam .

Admitto equidem , totius fistulae , callique una excavationem curationi confipitare posse . Uno enim , aut bino iehu sit , quod excedentium uero pluriusque hebdomadis fieri nequit . Sed mente prævidens haemorrhagias , fortasse non modicas , & infusus tempus , quod necessarium est , ut effossa cavernula de-nuo carne impletatur , veretur , ne hoc in opere maius dannum ægrotu impendat . Accedit insuper , quod si fistula podici proxima est , si ultra sphincterem penetrat , neccesse est , totum circularem muculum scindere , cum metu involuntarii fecum exitus , nec non restitantis nihilominus in fundo artefactæ scrobis

## MORBORUM .

219

bis exiguo sinu , aut cuniculo , de quo ulterius sic argui posset . Vel turundis , & plumacolis factam effosionem adaptam tenere vult Chirurgus , vel claufam , & comprefsam subligaculo comprimeret . Si primum : secta musculi fibre fibi invicem glutinari non poterunt . Si secundum : in fundo , quod frequenter evenit , oblongabuntur facilissime puriformes ichorilitates , quae fistulas recidivam , ut minus cautis evenit , minitabuntur . Stet itaque antiquus fistularum secandi mos : tam si penetrans est , quam contraria dummudo fistulosus , ut diximus , ducus musculi trium circaiter digitorum transversalium in adul-tis latitudinem non exsuperet . Siquid exasperat , & profundior fistula est , quamvis , & ipse fateor , in illo casu antiqua methodus claudiet , nihilominus antequam ad proprietam effosionem , & carcinicam deveniamus , aut actuali igne , media ferro cannula , fistula fundus tangendus , aut aqua phagedenica ex calce , & sublimato , siphone intrudenda , ut consumptis callosis lateribus , caro , medio balsamico liquore Prætoti , qui Patavii fit (1) , ex fundo succrescere possit .

## V.

*Cannula magnitudo , & proportio :*

144. **C**annula ab Auctoriis proposta ita concinnata sit , ut fenestella oblonga ferrum ad tutandas oppositas partes in sinu suo admittens , illius longitudinis sit , que licitam , & non ultra , sectionem admittere possit .

Cannula infusor in viris non tam subtilis sit , quia operatio evadit difficilior , inversis intra fenestellam muscularibus coecutibus sphincteris fibris , nec sufficierent distensis ad operis lucem partibus .

## VI.

*Ani fistula utrum curari debeant :*

145. **A**N vero curatio susciplienda sit , videndum , quæ diximus de curandis crurum plagis (2) . Par enim ratio intercedit , ut videri etiam potest in Bibliotheca Chirurgica Mangetti (3) . Scilicet observandum , an fistula post cachexiam , fuit oborta , an vero fistulas cachexia excepterit .

E c 2

HISTO-

(1) Vide Joannem Fortis , Tom. I pag. 407. (2) Lib. VI. pag. 105.

(3) Pag. 139.

## HISTORIA XLVII.

DEXTERI PEDIS DISTORSIO CUM

SUBSEQUENTI DEBILITATE.

**A**ntiqua pedum, præcipue dexteris debilitas in frequentes defensione flexuras, cum ankylosis esformatione, & fibrofaram partium nunc oedemate, nunc subrubra intumescens, sicuti in nervo syphematico morbo fani affectionem latere denuntiant, ita frequenter capit, & ventriculi querimoniae, cum universalis fudore, siti, languore, suppreffione, animique morte, hypochondriacis vicinitudines ab effuso, animalibusque spiritibus depauperato sanguine, penderent confirmant. Ideo morbus nobilissimum mulierem torquens, in sanguine, & spiritu flattus est: non excludo etiam timore, quod organicum latet vitium, tum quad humiliora visceris, si dolent, & prementi tactui resistunt: unde ab atono statu oscillans fibram motus perierit: tum quad membranofas varorum pedis diramations, nervorumque propagines motui, & sensu inviventur: ideoque ex levi aut parti labore, aut corporis pondere, in promptu fusi dolores, tumores, & reliqua hujuscem generis symptomata. Curationem difficulter portundent tot remedia incisum adhibita, quinimo ex prudentissimis indicationibus elicita, que mutari non possunt, si sanguinis deputacione, si aucta pedis magnitudinis resolutioni, & elatifice fibram robori collimat. Proximo igitur Septembri, usum fyrupi ex pale chalybis, descripti in Pharmacopeia Mediolanensi, laudamus, interpolatis quandoque purgantibus. Media quiete, & strato (<sup>1</sup>) sublata inflammationis umbra, flagrantum ichorum motus, & resolutio promovenda mediis hammocrisia, & cerasato ex gummi ammoniaco, in acetato equillitice diffusato: aut adhibendum sicyonion, vel anicton, canchry, bdelium, & similia, que ad acoporum naturam accedunt: & ex populo nigra, aut abiete parantur. Proindeque nervosa appendices leniente, roborante cum pinguedine ursi, taxi, & humana, si labet, cum aqua regina Hungaricæ malaxatis. Post hac, observabit eruditus Bonus Ronzoni, cui hac subiciuntur, an aptatis fascis junctura fulcienda sit, ut nativus extremitatis viator revivifcat.

HISTO-

(<sup>1</sup>) Sextus Empiricus referit Hippocraticum quidam vulnus in pede habuerit, eum sublimem pavit, praecipuum: Cum enim pedis medela sit quiescens, quantumque potest immotus fruetur.

## HISTORIA XLVIII.

TUMOR ULCEROSUS.

**V**Idendi vis ab incunte usque adolescentia in dextero præcipue oculo, quasi ad strabismum inclinante, aliquatenus præpedita: deinde crufatum ulcus supra calcaneum, quinque abhinc mensibus incepturn, & incisante faviens, tandem in pertinaciam in nati extremitate, globulo scilicet, & orbiculo, radicatum, & post mille administrata a Salodienibus Profeleribus remedia tam interna, quam externa, cedere neciun, acidis, fæleginosis particulas in fæagine egregii Patientis designant, que aut virtutem digestio- nis, aut viscerum separantium in motum polite, atque ad communem corporis emundatorium, cutim scilicet, perducere, ibique stagnantes, concretae, atque ex fermentatione noxiore factæ, & minquam fatis correcta, antiqua produxerunt sym- ptomatæ, & praesentes arumnas confirmant.

Quamvis proprietas una cum doctissimis Viris Antonio Plada, & Dominico Bafiochi, facta consultatione, sanctum a nobis fuerit, nullum hactenus emergere pathognomonicum signum carcinomatofæ indolis, attamen rebellis morbi pertinacia, præter muriaciam virulentam, aliquam alteram etiam ostendit liquidorum dysferias, quæ ulceri dyspepsio, vel telephio affilimari apprime potest.

Ideo, ut peiores hi gradus vitentur, purgandum corpus est, hemorrhoides excitandæ, totaque sanguinis massa ad meliorem suarum particularum peritiasma reducenda, remedis fute in tracta jam schedula descriptis.

Reluctante adhuc morbo, aphinum lac, aquæ Montertoni Patavinae, balnea ipsa in usum ponenda sunt.

OBSERVATIONES  
IN TUMORES ULCEROSOS.

I.

**Q**Uando videmus tumores ulcerosos quibuscumque re- medii, ad plures annos, reluctantes, quamvis non integre consentiant carcinomatofæ characteris signa, attamen summo-

summopere dubitandum est , neque nimis ægri chirurgicis tormentis torquendi sunt .

## I I.

*Signa certa indolis non tangenda .*

149. **S**Anguis vivus interdum extillans , dolores lancinantes , sed cito abeuntes , & nulla ab adhibitis remedii utilitas , si in eodem casu , & subiecto eveniunt , spes salutis semper magis immuninatur .

## HISTORIA II.

## AFFECTUS PRURIGINOSUS .

150. **O**Retenus jussisti V. C. , ut data opera penitatis iis omnibus , que ad aggritudinis tuae productionem conspirant , consilium deinde meum pro ejusdem extirpatione tibi calamo patetacrem . Licit propriae in hoc summopere decipiaris , quando perfusum habeas , me ferre ea , que neficiunt Veneta , ne dicam Patavina , oracula , quorum documentis curatio tua haec tenus instituta fuit ; attamen tibi morem gerens , & sperans , fore , ut saltem animum aequi bonique confulere possis , en habe , que circa contumaciam morbi originem , tot usque adhuc adhibitis remedii relutantem , meditatus sim , que pro incolumentate tua , ut ipse auguror , obtinenda , facienda super sint .

Si igitur in primævo adolescentia flore falsa impetigo cum prurigine cutim commaculare ceepit , si in adolescentia morbus invaluit , coniendum est , falinam tui sanguinis acrimoniam esse originariam , & ab utero matris acceptam , tuoque viscerum fermentantium , & separantium vicio fortasse exaltatum ; ita ut vel ab imperfeto excretionum ordine , vel ab exenti bus lymphis falia sui juris facta , & ubi ad miliares glandulas pervenerint , tenuissimos villos seindant , fibellas rumpant , & exanthemata , pustulas , cutis feditatem , serpiginem , & praefantem pruriginosum affectum hinc inde efficiant ; & precipue in scroto , ubi partium ex motu attrito , ubi difficultior liquidorum circuitus , & reaflumpto , ubi urinæ non longe defecundant , & ubi fortasse nativa fibrarum laxitas , & parens liquidorum stasim admittit .

Si

Si originarier huic liquidorum omnium ataxie accessit Gallica lues , & peculiaris fortasse virofæ indolis , que fermenta omnia deleteris curatio magis imprægnaverit , & calcaria currenti addiderit , nil mirum , si methodice curationi hac tenus administratæ morbus relutatus sit ; quinimo temporis tractu , accedentibus in dieta erroribus aut a palati vitio , aut ab obseruantia regula produc̄tis , nec non consumptis in fludendo spiritibus , ideoque bile ad sumnum astum evecta , & ab aciditate pancreatici ( in quo primaria tui morbi causa refidet ) fucci ad nocendi aptitudinem semper magis disposita , & indefiniter sanguini communicata , in præterita hyemal temporis constitutione contingere debuit morbos illa ad ambitum syndrome , qua vexatus fuisti , & adhuc , præcipue circa scrotum aperfa impetigine variegatum , & acerrimos ioches fundens , & circa suppurrata dextera inguina , adhuc , inquam , torqueris .

Quoniam vero certo scio , te potius abhorre a verborum ambagibus , nec gratias tibi esse veteres Medicorum cantiones , quando morbi casas enumerant , indicaciones eliciant , prognoses premittant , & gradatim ad mille remediorum formulæ descendunt ; sic paucis sciat velim , spem meam pro curatione tua in ufo aquarum mineralium , non in montuosis regionibus , sed in plano Patavino agro featurentum , in ufo balneariorum omnimode collocatam esse . Verum quia siri adhuc distant ardore , & morbos urgent symptomata , illud feligere debes remedium , quod interim non solum totam sanguinis massam dulcificare pollit , sed etiam additum fermentum corrigere . Age igitur , ut purgatio per dexterum suppurratum emundetur ad aliquod tempus perseveret , & ut pharmacopola paret jus pullæ , cichoraceis , violis , & fumarie alteratum , & fervato methodico ordine , illius ufi adde aquas fistillatas , herbarum succos , falsumperillam , viperina , emulSIONES . Si cistedem premittere curabis pulverent testaceum , sed subtilissimum , ex rufra eboris , matr. perlar. & crystall. mont. rem utilissim facies .

Perculum pariter Saxonie , saccharum laetis asinini , bezoarticum Siculum , terra Nucerina diversimode secundum exigentiam in ufo revocata , prout adstanti tuo Medico videbitur , optato operi viam sternent ; præcipue si vietus ratio praesto erit , & animi pathemata exalabunt .

O B-

O B S E R V A T I O  
IN AFFECTUS PRURIGINOSOS.

151. DE his jam num. 20. fatis superque aetatum est. Adnotare tamen habet, caute ad venæ affectionem deve- niendum est; sed quando fanguis in venis turget, cūcubitū lis tantummodo tentandum opus videatur.

HISTORIA L.  
OZÆNA.

152. MUCAGINES filamentosæ, & crustacea frustula, jam diu ab ulcerosis naricibus exsumenta, factæ ozæna timorent inquietantur, ut magis patet ex introducta in spongiosis offibus carie, cartilagine, & columna corrofa, neque intacto fortasse remanente vomere ipso, cui triangularia nasi offa innituntur. Feger enim, quasi firmus, ex deprœfato acrothio incipit eff. Quamvis propterea huc venera nunquam laboravere, nihilominus, cum clare confiteat de falino-acerrimo particula rum in fanguinis mala dominantiam genio, ipsissima methodo, nulla interposita mora, ne morbi virus ad ethmoidica offa perveniat, difficile opus tentandum est; nempe decocto ligni fæchi, falsaperilla, fassafras, tormentillæ, biftorte, radice canæ montane, & florum hypericonis per dies quadraginta; non omisso in principio, & fæmel in hebdomada, durante curatione, cathartico ex pilulis capitalibus Paracelsi, ad crassiores faburas eliminandas. Post viginti ab incepta curatione dies (frustra siquidem non domita prius causa laboramus), unguento lithargyrii, & oleo laurino removendæ crustæ sunt; deinde Ægyptiaco in decoctione hordei dissoluto, mox aqua aluminosa Fallopio, infusatis, aut goffypinæ applicatis, interna ulcerosa concameratio, ad sanum usque detergenda. Tandem vel succo granatorum, & calamenthae, vel pulvere ex croco martis, plumbō usito, faccharo saturni, & farocolla confolidationem producere curandum.

His non juvantibus, Celsus ignem laudat, aliqui vero fonticulum in brachio, nec defunt, qui suffitum, Anglorum more, ex nicotiana, & cinnabari extollant.

OB-

O B S E R V A T I O N E S  
IN O ZÆN A S.

## I.

*Ozæna a lue Gallica.*

153. ANimadvertendum præcipue, num a virulenta syphylide originem trahant. Quo casu tam intus, quam affectu parti mercurius aptandus est.

## II.

*Arcuum Hier. Mercurialis pro curandis ozænæs.*

154. A SINI lotium per narcs traclum plurimam utilitatem præflare posse testatur; idque etiam suadet ab aliorum experimentis.

## III.

*Nonnulla ad ozænam remedia.*

155. RECipe mellis ror. t. ii. sulphuris viv. alum. crud. ærug. aris aa. t. i. albi graci, comar. fabinae aa. s. fambuci s. i. fol. hyperici, rorini ruta, plantag. salviae, puleg. aa. m. s. coq. in vino Canarino, e fer. pro ufo. Item laudatur fucus rad. dracunculi, geranii robertiani, foliatri, arti, vel pentartaria ope turundæ intrufus. Vide Chirurgiam magnam Joannis Vigierii.

Pulvis pariter ex lapide calaminari, rad. scrophulariae, pyrole, alchimille laudatur. Alia bene multa prostant apud Henricum Regium (1), & Fabricium Hildanum (2).

F f

PHI-

(1) Lib. L

(2) Observ. Chirurgica, Cent. II.

NON NULLÆ  
AUCTORIS AD ALIOS,  
ALIORUMQUE AD AUCTOREM  
EPISTOLÆ.

PHILIPPUS GARBELLUS  
FRANCISCO RONCALLI

Suo S. P. D.

A Dhuc nullus a te littera expectanti in diem ubi; cum tam  
men unam, & alteram, neque id femei, spoponderis. Ali  
tu sic nos improvidos putas, ut, interjecti tot comprehendantio  
nibus, corrumpi a te cassum nostram, pati velimus? Seis jam  
quid tibi impendat? Dicetur ius severissimum & exigeretur ad af  
fem, quadeunque illud fuerit, damnum & tanta mora. Volupias  
propera, qua ex amorem episodis capi soler, gaudium, cum  
dilata redduntur, joci, feria, que invicem comminiscuntur, ex  
pendentur acriter: nobis enim, tuâ culpa, funditus periire. Spes  
ipsa, quam, velut offar, credulo obsecras, deceptus promisisti  
amor, imm, qui una deceptas comitari solent, pudor, atque in  
digatio sicut sepe minacions oculis teles, inferno tibi, qui vel  
tantillis litteris diem dicandam vitare poteras. Seis quid superfl.  
Deferto quadimoniū judices salles. Nibilo scitis reus eris. Excus  
tientur bona litteraria omnia, & venibunt acerba vocē praenōis.  
Bellam profectō rem: Juvenem probum, frugi, modeſtū, inter  
eas opes, quas ſollicitus conquisicerit, repente decoxit! Nefete  
bas faciliter amorem iraſci? pupillā propertea, & olim, &  
nunc meritò dictum? At pudebat te, qua nos inter amicitia con  
ſisteret, notam aliquando foro poferitati? Non puto, eft enim  
enīcū noſtrū a natura inſtituta velle memoriam ſui ultra termini  
nos mortalitatis extendere: licet nos tant fortatae non ſimis, qui  
bus praefare hoc poſſe. Dij dederint. Vides, ab irato que immi  
neant. Provide, eft adhuc venia Iocu, ſi te mihi per litteras reli  
quiſis. Ut enim amantes irascimur facile, ſic deliniti non diffici  
le fleſtimur. quod ut commodius impeſate queas, occurram ego  
metipſe, ac praide: ut vel ex hoc intellegas quām male tu affer  
ceris immerentem. Elapſis proxime Nonis, cum a cana inter al  
meſicos, amicosque miſcendis, ut moſ eſi, fermōniis fedemus,  
en Papilionem, qui circum lumina magno frepitu repente advo  
lans in calicem foris decidit. Captus eſi. inſpicio. Magnitudo,  
qualis Papilopevoni (ſic enim vocare placet, qui, non ſecus ac  
Pavo caudam, alas ocellatas habent), corpore oblongo, variis ceu  
orbitis interfecto. Alis ac doſo adiqua uropognum, ſed magis cen  
tre, plumula molliflora, ſubcineræa, pellucida veſtis. In ſcapu  
lis

lis vero , ac collo lenes vills subtilissimi , confertissimi , cum argento ravi , ad pectus subalbidis . Pedes seni , ferratis cruribus ; cetera , ut pectus , villosi . Caput terei , ore prominulo , corneo , rufo : dialus in fronte pinnulus , rectis , mobilibus , corneo , & in latus plerunque vergentibus . Oculi praegrandes , rotundi , exerit , leves , immobiles : interdui , ut videbatur , pulsi : per notem , admissa parumper luce , pro diversa hujus refractione , prasini , aquili , mitantes . Hac pervia , ac vulgariter : illud non ita , quod sciam . Eosque est , odore suauissimo , ambram inter , muscumque ambientem : qualiter etiam in anatum indicarum maribus olim obseruamus : quibus , cum maximè in concreto proni sunt , sub alas eis ador perfuncti . Nam non nisi in admirari periculum fecimus , qui salaciissimi sunt . Farnella enim cubante exclusi , irruunt aliquando cœco libidin in obvias puellas , prenstante sopro carum vesperis ut scandant . Cum primò , qui cum ceperat , odoratas ex adactu manus sensisset , moxit me ut experire : & , quamvis coryzæ multitudines , sensi presentissime . Hoc etiam accedebat , a contricta agitatum magis oleo : quietum minus . cuius rei causa in promptu epi . motus partium , hinc calor , exinde effluvia . Illud majori dignum inagine . Odorem illum à supino postfumum emitte : non ita , si pronum olfaceres : quod semel , & iterum experitis eventis . An , quia in ventre qm illam , ac quasi fodinam natura confinxit ? An verius , quia , ex vicinio corculi motu , quem sane frequentissimum videbanus , facilius inibi spiritum a calore exspiratio , atque emisso ? Vitreus inclusus phala triduo supervixit , sine cibo . Mortuo alvo , imam versus , paullulum subfudit . In oculis suborta cavello : sed minoris in dextero ambitus , ac profunditas , quam in sinistro , plumbula illa , qua resilebatur , alieno dilata & maximè in dorso prope uropygum , ubi serme glaber evasit : detecta cute pallidula , levissima , quares , an etiam mortuus & obesus sit ? Nihil minus : nisi quod odore non admodum saturo , & , ut ita dicam diluto . qua in re non ego solum , sed unà aliis aciore ofactu prediti periculum fecimus : neque enim mihi ipsi fidebam . Cum sit in hisboris hifce peculiaribus suapte difficultis , tum hanc satis adtentis fallax identem commenatio . Itaque jam non a vita motus illi , a quo calor , ac subinde balistinus exspiratio . quid si ex ambiente particularum epi , pluribus fortasse in corpusculum illud , cen in deserta jam capra Lixis , & Calonibus repente involantibus , atque ex collectis antea evasisi , qua supererant reliquias secum rapientibus , odorem illum

cir-

circumferri dicamus ? An patius , absidente animula illa , natura vicaris operis deficitus seminarium reparare pergit , adscitis undeque ad futuram , qua in immensa atomorum familia , cetera apta , vacare videantur ? Audiri qui sit in tam pusilla materia disquisitionis locus ? Nisi forsitan vos Togatos ad hac animam demittere pudeat , qua nos pagani mirari solent . Et tamen futurus aliquando etiam nos Troes : inque eisdem , quibus tu nunc , capsis , non quidem opera , sed volupitate , ac defecido studio , non capti pulcherrima artis specie , diu , multumque meruimus . Quod si ad hac petravanda non vacas , referibile aliquid , undecunque illud denunzi sit , modo ne nihil omnino : ut & fidei tua , & amoris in te novero , feret hoc quidem , sed tamen aliquando satiatis . Dulce est despere in loco . Vale plurimum .

Pontisvici IV. Idus Septembres 1722.

ILLUSTRISSIMO , & REVERENDISSIMO  
PHILIPPO GARBELLO  
PONTISVICI ABBATI  
FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS  
S. P. D.

Tibi jam diu promissum in epistola levis ingenii mei specimen adhuc verecundo , nec forsan damnablem silentio sustinetur , nisi repetita utriusque nostrum amicissimi Thomæ Fa-  
ita monita animum addidissent , tueque mihi , ac ubique ter-  
rarum notissimæ humanitatis mediatio , grata tibi fore meas li-  
teras , non spopondisset . His demum accepti sciendi libido ,  
quam nullo opportuniiori modo posse explere , mihi firmiter per-  
fusum habeo , quam ab instituto , moxque Diis , tueque be-  
nignitate finitibus , perpetuando epistolari commercio , a quo  
tanquam ab inexhausta tua eruditissima penu apertissima ad in-  
genii cultum documenta possim delibera . Et quamvis ob ma-  
gnam studiorum viciſſitudinem , qua affidue distincris , nullum  
tibi superfit otium , quo vel mea legas , vel tuarum literarum  
non invidas : nihilominus cum ea sit magnorum Virorum con-  
fucudo , ut quod ipsis ex provido natura munere , aut supre-  
mo iudicio datum est , libenter ceteris impertiant , idem mili-  
quo-

quorum obuentur sperans, jejuna hac epistola, tamquam promoto futurae audacie fœtu, sapientissima tua oracula adire non erubescit. Scias igitur, jam inceptam, tibique oretenus communicatam, de Brixianis aquis exortationem lentissimo paſſu procedere, tum quia multa in dies occurruerunt difficultates; tum quia cordi ſemper incultum manet tuum monitum, longa ſcielice cunctatione uti oportere, antequam publica lux fuſi labbris permittatur. Ob id fumopere gaudeo de follicito tuo Brixiam reditu; quandoquidem te confutam, meaque obsequia tibi commodius enixo corde praefabo. Vale urbis splendor, & literarum incrementum, meque tibi addicſimilum crede.

Brixia 27. Septembris 1722.

PHILIPPUS GARBELLUS  
FRANCISCO RONCALLI

Suo S. P. D.

**S**cipferam ad te IV. Idas Septembres: urebat enim tam longa expectatio literarum tuarum, quam neque diutius simulare, multo minus ferre jam poteram. quapropter de hoc queſtus eram non ſemel cum Faiſa noſtro, nec fruſtra. Expreſſit enim a te epiftola ſe quam illi ne idcirco, an amore in me tuis acceptam reſerans dubito. utrique tamen debeo non invitus: quos pariter diligo. & a quibus amari viciſſim me puto. Reddita fuſi heri ſuper conam, & legi avidissime, praſpolanibus domeſticis & muſſitate etiam forore, qui tunc eſſet ſtadii locus, parata mensa. A cana relegi iterum: placuit. Ano ſpecimen illud ſtudiorum tuorum, non fecus ac qui a crenatibus plantis fructus primitus feruntur & erecto ſubinde animo in ſpenſa futuri prouentus: quam ſane & facis ingenio iſo tuo, & auges in dies magis tanta literarum cupiditate, tanta etiam nominis, quod claram in preſens, & capio tibi apud poferos immortale. De aquis tuis, quando una erimus: neque enim nunc vocat. Interea reſtē quidem, meo iudicio, facis, cum maturandum in re qualibet, ſed in hac poſitiffimum cenſes. Scis illud Lyrici-nomunque premantur in annum: ut propterea, quod ille de Poetis, nos de Scriptoribus certis dictum putemus: quorum opera cum primis in lucem prodierint, jam non ſua, ſed omnium ſunt i qui perinde, ut cuique placuerit, de iis liberrimè ſtatuunt. Ego certè ſic reputo. Efſe

ſe ingenui hominis, qui ſe ad ſcribendum conferat, revereri praſentium iudicia, timere poferitatis: cujus quō magis erunt ſoluta ab omni officiorum vinculo, eò etiam erunt periculofa: ſed longè amplius, quia eterna. Vale.

Pontivici XVII. Cal. Octobres 1722.

ILLUSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO  
PHILIPPO GARBELLO  
PONTIVICII ABBATI

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P. D.

Post tuum ab urbe defecsum, Vir Illuſtris, toto animo cogitare iterum coepi oculorum egritudine, qua jamdiu diverxaris, & quam conſiliī gratia mihi communicare dignatus es: & ea magis, quia quotidie invaleſcī opinio, non fati foſta approbatione vini medicati, a doctiflmo Adlante praefcripti, proviſum fuſile tue valetudini. Ideo ut meo muneri, & officio ſatisfaciam, nec non de tota literaria republica in tui unius ſopitate benemerar, patiaris neceſſe eſt, ut morbi cauſas, locum affectum, ſympomatica ad examen revocemus, habitoque reſpectu ad originem temperiem, idiosyncrasiam, ſtatuerū poſſimus, num ſoldorum momenta oblangueſcant, num fluidorum motus, & componentes particulae a naturali ſatu abſcedant: ideoque ulterius pateat, que therapeja pro curatione inſtituenda fit.

In primis itaque manifellum eſt, te calide, & ſanguineę conſtitutionis, æltuantia abdominis viſcera ab utero accepisse. Inde crenatibus in dies atate, ſemper magis dureſtentibus foliis cuiuſumq[ue] uſus, aut ad oſcillandum incepitores fibra reditae ſunt, aut ſupra debilitem fluidorum reſiſtentiam magis violente; ideo ſenſim perente aequilibrio, accedentibus fortalite procatarticis caulis, aut ex vitia chyloſi, aut ex animi pathematibus, aut ex perpetua in ſtudendo ſpirituuum anima- lium conſumptione, fatigentibus viſcerali fermentis, impuræ ichoroforato gliferiæ in maſſa ſanguine cooperunt, que in dextero oculo concretæ, vel aqueum humorē obnubilando, aut

G g crystal-

crystallinum opacum reddendo , visus aciem offuscarunt , semper magis austæ , mox ad haemorrhoidalia vasa , criticam simulantes evacuationem , deducunt , licet cum aliquo juvamine , manifestarunt tamen , non omnia liquamina secundum naturæ leges communii , obque labefactatam hematofim , semper emergere excretorium illud , nunquam satis subactum , iorfan indolis acidissime , quod ratione motus , figure , & specificæ gravitatis in descripsis probabilitate laxisioribus partibus , mecha-nice necessitate , sibi separationem molebatur .

Quoniam vero inferior separatio jam supprexa est , & finis- trum etiam oculum morbos iohores jam incipiunt impe- tere , utique urget indicatio , ut ad inferiora iterum deducan- tur , dominans acidum temperetur , & solitus saluum cuspidi- bus , tollantur solidorum irritamenta .

In hunc autem finem , ut excedenda tutiori talo procedant , secundum etiam , quinam ciborum delectus , que stomachi di- geftio ; num bilis , num flatus , aut infestinorum tarditas in- ferna viscera vexet , & obstruda , suspcta , aut , quod proba- bille , crifpata sint ; num forte hypochondriaci , eaque pru- dentalis , affectio recentissimi effectus producat , vel confirmet . Secundum enim diversam pollentium cauasuram energiam , & o- perandi modum , medica molimina dirigenda esse , quis ibit inicias ?

Interim , quia opportunum balneationis tempus jam exæstum , funderem , ut latè calentibus spongeis abdominali regioni fo- cillationes admoverentur , ut quandoque pediluvium instiutere- tur , utque ferventi aqua , in qua bullerint brachia , & her- ba emolientes , in vase subiecto clausa , antiquam haemorrhoi- dalem excretionem alliceret , aut fatem , laxata solidorum com- page , & amplioribus factis alborum non minus , quam ru- beorum canulum diametris , critice staves concrecerent , mi- nusquam capitis princeps pars vexaretur . Utrum vero majori fit- mulo , aut hirudinibus locus affectus , aut evacuationes folli- tandæ , prater clysteres , qui erunt utiles , non satis scio . Et enim , ut libere loquar , urgente necessitate , quam Deus avertat , nisi de meliori luto stola sint precordia , sola reme- dia sanant .

In chirurgico pariter fonte caveas , precor , a fonticulis , dropacibus , ceterisque similis farine tormentis . Cave infusa a quibusdam collyriis , que vulgus promiscue adhibens in omni- bus

bus oculorum morbis vocat corroborantia , saturnina , chaly- beata , corallina , vitriolica , crocata , & quomodocumque ad- stringentia , monobenetro , nempe *chiascum cygnarium* , *spadicium* , *olympiacum* , nardinum , que & protinus in dextero albininem indurare , & si quæ in finistro latent future concretions fla- mina , ad actum reduc possunt . Addit , quod lacrymalia puncta , circumfusi tubuli , ipsiusque nafale excretorium foramen corrugari possunt , confutisque fluidis transitus cum magna noxa intercipi .

Potius assentirem , etiam in utroque oculo illa esse adhi- benda remedia , quæ valcent tardigrados lentores excutere , cor- nac , & proxima irritititia detergere , mastillas adherentes dividere , irriuecīs , moræque impatiens effluvia per mem- branarum pores penetrare , fatigentes denique fibras , aut va- scularum effixa fusilamina erigere , itau & per excretorios la- crymales alio possint divertere .

Ad hanc indicationem adimplendam , quis non videt , ce- teris praefata aqua non secundam flavam , sed primam al- bam ex melle deflattim , aut alteram ex cancris huilibus putrefactibus , vel ex fuscere anferino , fucum recentem e caule rupto chelidoni majoris (1) , oleum accipitris (2) , decoctum fecunugreci , aut feminis hormini sylvestris , seu sclarea , fal gemine , aut ammoniaci in aqua feuniculi , saecharum canditum , aut joviale in aqua Hollerii dissolutum , lotum adolescentis , qui etiam utiliter posset lambere oculum . Laudem insiper mere- rentur sulfumigria per tubum , aut collum vitreas phialas in ocu- lum directa , in qua bullerint aqua euphragiae , aut rofa- rum cum floribus rosmarinini , felle bovis , perducis , aut lucii , vel ab ipso kouphè aescendentia , ubi fervens in vaseulum elu- triatum fuerit .

Ad remedia vero , quæ ex pharmaceutico fonte defumuntur , quod attinet , cum peculiaris morbus ab universalibus causis penderat , probamus quidem catharticorum ulum , vino , aut quovis alio vehiculo inductorum . Sic enim jubent medice facultatis antisitics : sic docet quotidiana praxis , purgandum ef- fe totum , caput ante oculos . Verum contra hoc effatum , & quasi dixerim , nostra etiam dicta corrigo , animadvertisendum putarem , in hoc casu te aut raro potenter , aut prompte

G g 2 diu-

(1) Proponitur a Francisco Buttnero . Philosophus Platonicus . Adhuc potest tam

(2) Accipiter in ovo fojno decollis , & immo- Afalina , quam Eutres , quam Fallo .  
ius fojnam , & caliginosus dicit . Sextus

diuresis , transpirationis , & sudoris , aut latorum lacteorum aditum præberè faciliū lympharum omnium consumptioni , vel quia æstuans vicerunt constitutio illas combitit ; vel quia salinae , & acidæ particulae undique , sed in hæmate præcipue occurrentes , illas absorbent , coagulant , & sui juris faciunt ; vel denique quia interdum enate sunt periodicae febres , ob quarum timorem china chima armatus incedit . Quia equidem o quoties laudata a nobis fuit hoc anno , scilicet per totam æstum , sub hoc coelo in epidemicis graftianum febrium confituationibus , in quibus cortex Peruviana tam initio , quam morbi progreffio adeo felicitè cessit , ut non remedium humana ingenio excoquatur , sed panacea coelitus elaborata , colitque delapha videtur !

His igitur flabitibus , quoties viscera , & fanguis iterata impurta catharsi , & coronatio lanafis fero abrubarunt , sales magis solitarii , & aperi refurgent , acidum , & lentes dominabuntur , & protinus arcæfis fibrarum undique disseminatur villis , morbo potius symptoma magis confirmata reviviscerent : ideo utendum , sed quandoque etiam parendum , purgantibus . Verum , quia in praxi obserbarvi Medicos , & Ägros parum sollicitos , sed potius purgatores , & philopharmacicos , aliquid super hoc argumento publici juris facere decrevimus , cuius exemplar , quanprimum in obsequiis tisleram tibi , Vir Illustre , superis , & quotidiana praxi permittentes , fistam .

Interim sublata intellñitorum difficultate pausulis , prunis Provincie , faccharo rofato , aut flore cañis , si stomacho arridet , adhuc affirmo , quod ore tenus tibi dixi , & quod olim in operibus posthumis Marcelli Malpighii obserbare nobis contigit , scilicet in morbis oculorum non semper purgandum corpus , sed remedii alkalicis , & dulcificantibus temperandum fanguinis acorem , & repetito diluentium ufu , gastricos , biliosos , pancreaticos , auferos ichores effe solvendos , & digestionebus efficiendis , & vicerunt fermentis excitandis præcipue , ut mox dicemus , incumbendo .

Præter itaque juculum ex ranis , quod tibi familiare est , aut ex specificis jam præscriptis in vino infundendis , aut ex vegetabilibus , & antifcorbuticis herbis , radicibus , & floribus opportunum efficierat diffitatum B. M. , ex quo aut summo mane posset fumi tepidiusculus haustus , aut a prandio illud usurpari . Emul-

Emulções pariter ex amygdalis , avenacea , hordeata , sed omnia satis diluta , & idoneis aquis (1) , aut juculæ composta , aptissima esse poterunt : addito , si libet , in exigua quantitate jure galli veteris , aut viperina carne , utpote magno fermentorum omnium inflaturativo .

Poſt haec , suadent Autoreſ pharmita , hoc eft , tabaci (2) , & valeriana (3) , fed moderatum (4) , ufum , similiq[ue] , ut meridianus somnus , & mora prope ignem , lac , carnes bubula , villsa vitentur ; ut cibi fint echymi , & eucepi , foeniculo , & petrofelinio conditi , viñumque album oligophorum : ut lixivio herbis excitabutis parato caput ablutatur , ut masticatoria ex mastich , & pyreto , nec non cinnamonum in ore gestentur , & capitalibus bus confervis , puta ex floribus betonicae (5) , rorifarni , euphrasiae , violarum , parti affectæ providentur , siue coenose sunt aquæ , Nuceriae latex substitutatur .

Sed ne magis tua patientia abutar , his omnibus utilior erit non statuando quandoque in suspecto ( ob rigatas oryzas , lini subficationes , & caligines ex Ollo nubeculas ) aere , aut in angusto mutole vita (6) , non fumeæ evaporationes ex febaceis ardentibus , & lucernis absorptæ , non perpetuas , quandoque poſt evanescere cibum ( utinam decipiar ) in lectiando partis affectæ , tuorum scilicet oculorum , labor , non adventante tabellarii disceſu clueibrata epifoliarum frutes , non praedediti in ventriculo pepafni furditas , non morofa animi concitatio contra tuam philaſtiā , & gloriam , contraque universi utilitatem , in publicam negando lucem tuis adverſariis , tuisque tabulis , quarum ſcolulos vix per literas extera gentes delibare , & ex ungue leonem cognoscere poſſunt : non denique tue dignitatis ratio , & ſupra vires faciarum functionum frequenta , atque ex juvenili latea societate receſſo ; fed utilior , inquam , erit in amœnilima villa ruſicano aere perfrui , quandoque cum amicis vitulari , & quotidie vel-

(1) Inter quis aqua interna Physici Gabelli Cremosenu ceteri preflabunt .

(2) Vide difputationes Langianæ pag . 134 . Autoritate Thomae Bartholini confirmata .

(3) Joh. Frider. Bonelli laudat erbinum valerianæ ex officijs .

(4) Apulejias enim , & Paralyse a tabaci

ultro producunt memoria Joseph. Læzous in A-

dis Germania , Vol. II. pag. 179 . Et Ettmuller

in comment. in Schrodium , inquit : ea-

lius ſolitudo fozent , dum literas minus in ſolitudo ,

quod familiariter eft iiii , qui prompti ſunt ingens .

Bernardinus Ramazanus . De Morib. Arithmeti-

cap. ultimi & Literaturum morib. pag. 311 .

fi , ac Eger junior .

(5) Folia betonicae integra , non in pulvere redacta , nec foſciata alii , fed ſola narvalis intratuſa in aliis modis utriusque ſolitudo ſolitudo .

(6) Ordinatio ambulantes patere ſolitudo , pati- late redactare , legere ſolitudo . Et ſolitudo

alitro ſolitudo , quæ uojos latifrons perfertant , quod malum fozent , dum literas minus in ſolitudo ,

quod familiariter eft iiii , qui prompti ſunt ingens .

Bernardinus Ramazanus . De Morib. Arithmeti-

cap. ultimi & Literaturum morib. pag. 311 .

vespertinis horis in umbratibus ambulacris incidere , qui legat , & scribat surrogare , uno verbo , tibi , & tuae valetudini vivere ; & scire , fortunam concreti populi non a praefenti tantum , sed protinus , & diutius , quod ipse auguror , duratura vigilanta , & salute tua pendere . Si libere loquor , habes , quo ignoscas : Medicus , & humanitatem , atque clementiam tua annuente , amicus sum .

Inde tamen fit , ut , quia summa anxietas , & sollicitudo , quibus tuam valetudinem flagrantissime percipio , meam obvelare mentem possunt , nihil executioni mandare debebas , nisi & quatenus probatum sit a doctrinissimo Cicognino , qui aptius remedium feliciter , in arena confilium capiet , & pari desiderio tue saluti velificabitur : agetque , ut valeat hujuscem regionis decus , & politioris literatura perfugium .

Brixia 20. Septembr. 1739.

ILLUSTRISSIMO , SAPIENTISSIMO VIRO  
ANTONIO LEPROTTO  
Clementis XII. Archiatro  
FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

**N**Obis fuidet , seque latorem exhibet Illustrissimus Antonius Sambuga Eminentissimi Cardinalis Quirini a Secretis , ut tibi , Vir amplissime , sifam medicum opusculum de Brixianis aquis , aliquot abhinc annis elucubratum . Liceat diu in hoc excequendo incertus hastatissim : quandoquidem exiguis ingenii mei fetus tanto honore indignos putabam , amici tamen confilium , ne dicam , mandatum vicit . Et tunc ubique terrarum notissima humanitatis meditatio animum excitavit . Illud itaque in manus tuas demile pro voluntate accipe : ac si subfeci- vis horis otia dabuntur , interdum lege , & parce . Parce , inquam , ultius mœc audacie , que major , quia propria confia imbecillitas . Interim tuis vigiliis Sanctissimi Pontificis incolumentum toto orbi , & magnum in te Medicum Romanis serva .

Brixia 2. Januarii 1739.

VII

VIRO SPECTATISSIMO  
FRANCISCO RONCALLI  
ANTONIUS LEPROTTI

S. P. D.

**Q**uod fedulo a te elaboratum de Aquis Brixianis opus , per humanissimum Virum Eminentissimi Cardinalis Quirini a Secretis Antonium Sambuga , dono mihi misisti , singulare il- lud cum volupitate perlegi . In eo quippe cuncta , que ad naturam spectant , nitide exarata : que vero ad artem industriamque pertinent , commode excogitata sunt , & affabre disposita , atque perfecta . Quis autem inter Medicina efficacis tenbras , quas ego præ aliis offusas mihi esse sentio , libenter ea non legerit , quia tum ad rerum naturalium hispaniarum amplificandam , tam ad vita commodi- tam , hominumque sanitatem fervorandom , insecuritatemque con- ducent ? De hoc ergo eximio tuo munere gratias habeo quammaximas . Siquid interea eveniret , quod me causa tua facere posse ar- bitraris , fetias velim , nullam praedicare de te merendi occasionem me prætermisfurum . Vale .

Rome die 24. Aprilis 1739.

DOCTISSIMO VIRO ,  
& Socio ornatissimo  
ANTONIO LEPROTTO  
Clementis XII. Archiatro  
FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

Felicissimum .

**D**uo sunt , quæ mihi animum , & vim faciunt , Leprotto doctrinissime , ut tibi dono mittant exemplar Dissertationum mearum , que nunc primum in lucem prodeunt . Primo singulare illa tua humanitas , quam cuncti noscunt : deinde oppor- tuna occasio , quam clapo anno mihi exhibuit celeberrima Bononiensis Instituti Academia , que me & tibi socium elegit , & quodammodo jus addidit , atque fiduciam , ut coepit iam- pridem officiorum , & literarum commercium , superis faventi- bus , nunc ad necessitudinem pervenire pollit . Hinc accedit , quod

quod cum ipsis Academie Dissertationes nuncupaverim, aequum erat, ut & tibi, cuius magnum es deus, etiam per me contaret mei grati animi testimonium. Vides igitur, quae nam sint rationes, quibus ad scribendum, & opusculum mittendum commovear. Reliquum est, ut in tanta temporis anguitia, quam tua virtus, tuaque doctrina efficiunt, illud legere, tuaque oracula, praeципue circa difficillimum tertie dissertationis argumentum, nobis aperire ne graveris. Vale.

Brixiae 28. Maii 1740.

ILLUSTRISSIMO, SAPIENTISSIMOQUE VIRO  
FRANCISCO RONCALLI  
PAULUS VALCARENGUS

S. P. D.

**H**umanissimas, acceptasque mibi maxime literas tuas VII. Cal. Jul. datas audienserius accepi. In his, quod, que tumuluarie subsecuens horis circa transactis aeris morborumque confititiones exaravi, aquo animo probaveris, tua tantum humilitati, non operi ipsi tribuo. Siquidem me satis, & mea queaque noſo, hoc tantummodo contentus, quod alii sciant, me ideo hujuscemodi laboribus addidimus specialiter esse, semperque futurum, non quia alios docere unquam velim sed quia inter maximas artis nostrae tenebras modica satem veritatis luce (quam aliunde non pauci fratribus experient, & aequi se posse gloriantur) potiri aliquando exopto, ut ea ducere, saltem certare minus in praxi dicam: quod maximum quidem est in medicina facienda, maximeque *Egrotis* intercessi. Chimerica enim, & commentitia penitus ea esse tecum reveror, que ex philosophico penitus tantum, matheſi familiante, sanioris, acutiorisque licet ingenii adminculo, abque congruo, selectorumque quamplurium observationum apparatus, eruantur, ut optimum inde veritatis lumen illud prodeat, quod, quo magis Literario orbi acceptum reddat Medicum, eo magis *Egrotis* sibi commisſis vere utilem praefet. Quo mehercule, quantaque in Academias reperiuntur circa res medicas ingeniose, magnificeque prolate, que Autoribus suis maximam laudem conciliarunt, ceterum que sane observationum criterio perserta, tamquam vana proposita, ne dicam fallacia, haberi merito debent? Hinc id unam praecepue ad artem nostram illustrandam, augendamque desiderari arbitror, quod

quod illi omnes, qui theoriae doctrinas ex cathedra profiteri incipiunt, diurno prius tempore proxim fedulo, sanioreque judicio exercuerint. Nolle tamen, ut ex dictis unquam deduceres, me clarissimorum quamplurium Vivorum, quibus nigro maxime hoc aero celebriores Academia jure, meritoque gloriantur, labores, pro abditiis quibuslibet natura arcana referandas, parvi facere: id quod Empiricus ruder afferre vix auderet. Experiens etiam veram laudo, si genuina ratione innatus & itanquam proba, si praecepui tuisusque ab illa fundamentum mutetur: cum utramque sine altera inutili fuisse semper, atque impotenter futuram, existimat. Quamobrem, cum optimum quidem, Egrotisque vere utillem illum esse Medicum nostram, qui examinissim hoannis naturam exploraverit, quidque ea valeat, & ferre rescut et certo certius cum sanioribus arbitror, Recentiorum prefertive speculationibus, & rationibus, prater Veterum nudas observationes, artem nostram sumopere debere: ita tamen, ut meridiani ipsa luce clarius patcat, hac omnia ad corundem observationum judgmentum, & scelutum necessario conferre. Non vacat autem de hisce ultra hic calamo agere, de quibus fusis, libentissime tecum verbâ facerem, & fortaſe faciam. Primo namque futuro autumno Brixianam profecti in animo habeo, ut prioris aeris beneficio propria melius fatui prospicere queam, quam transacta proxime gracie quadraginta dierum agitato sumpropter labefactarit. Interim scias, me assumpci laboris medici curriculum adhuc intire, dum de hepatis maxime plerisque morbis dissertationem conscribo, qua maximum sibi decus conciliare ab observationibus tuis posset, quia, si unquam habebas, ad me tradere non remas, obfero. Literaturam enim, a te gratioſe propositum, fedus intre tecum exopto. Interca Epidemicas meas jam editas constitutions libentius ad te mitti, quia acceptas tibi eas fuisse conperio. Mississim autem citius, si parvo hoc mei erga te obsequi testimonium non ingratum tibi futurum fore antea sperarem. Errudissimum enim tuum, quod ad me missi, de Aquis opus (pro quo maximas tibi gratias reddo) cum meo collatum, munificuli mei tenutatem fatis superque evinxit. Vale.

Cremone XIII. Cal. Augus̄tī 1739.

H h

ERU-

PAULO VALCARENKO  
FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS  
S. P. D.

JUSSIFI per literas, easque humanissimas, ut si quas in quotidiana praxi habuissim circa hepatis morbos peculiares observationes, te commone facrem. Licet vero mandatum hoc a singulari tua benevolentia proficiatur, cum nullam ego possum tue dissertationi, cui impraeferiam incumbis, lucem affordere; attamen, tibi falem morem gerens, in ipso epistola limine ex animi sententia agnosco, & probo confitum tuum, peculiares illius visceris agravitudes in medium producendi. Magna quidem in microcosmo dignitas, sanguificationis scilicet mechanismus, secundum Prifos, machinamentum, a potremis inventis, oculatricis Anatomiae criteriis illi ablatum est; sed negari non potest, quin ob interfini coli, & ventriculi in dextero latere propinquitatem, & ob situm, usum, connexionem vasorum, fed praefertim ob bilioſi ichoris preparationem, & ad agravitudes producentiam, & ad salutem recuperandam, plurimum conferat. Hinc videmus auctores sub diverso etiam celo de illius vitiiſ sollicitos, ejusdemque intemperies, obſtructions, inflammatiōnes, offeras concretiōes, imbecillitatem, tumorem, fluxuſque ab eodem provenientes, ad examen revocatos; videmus in extūpicio adnexam cystum felacea nunc turgidam, nunc inanem, frequentes ipsius hepatis magnitudines, interdum tuberculosaſ (1), glandulosaſ (2), feirrhofas cum turgidis venis, & nunc supernacientibus veficis (3), nunc intermixtaſ diverſe molis, & duritieſ glandulis, liquoridum commixtum intercepientibus, ita ut nunc in concava, nunc in gibba parte concretiones, & ſtaſes in prompta fint, morboſa ſympotomaſ produdentes. Hec, inquam, omnia a ſcriptoriib⁹ memorata, & paſſim in praxi obvia, tibi non recinam, ſolumque tu-

is pa-

(1) Salzmanns hepar plutinis tuberculis re-

ſiguum Kerckringion contradicuntur inveniunt. Mal-

fermanni de hepatis plumbis pag. 31.

(2) Videlicet ſex Excerpta ex Actis enucleato-  
rum Lipſiencium anno 1617, Schreber Ena-  
tione ad unum & Secretaria Societatis Regia Lan-  
dini de Hepate quodam manufacte, & ad culum  
glandulop. Vide Bonetum, Pollium, Fore-  
num: Glandulosa tamen hepatis natura ſolam clu-

pigerum Kerkringion contradicuntur inveniunt. Mal-

fermanni de hepatis plumbis pag. 31.

(3) Prodigi recte ab hepate facta, &amp; refuta-

fiantur ex certe videntur, multitudine, vel magni-

tute, magnitudine varia, &amp; puto magis, ad a-

vem columbinam, &amp; ultra, talia mallei, membra-

nus tenus adnotatio, evadentes aquam liquida-

fatu expertus. Ibidem Voluum. III pag. 377.

is parendo juſſibus, addam, me magnum audivisse in ſuggeſto dicentem Valliferium, plures morbos a paulatim, aut protinus lapideſcente in cifti felcea, aut vaſis deferentibus bile, ortum fuuſ traheare, ut sapientia vir D. Suardus de Suardis Collegi Nob. Medicorum Prior, & collega noſter, fax abſinie annis nobis retulit, & obſervavit in muliere 27. annorum, quæ octavo geflationis mense vertiginofis fulfulibus, mox comitiali morbo de repente correpta, tandem omnibus remediiſ incalſum adhibitis, cum fpuma, ſtertore, ceterisque extremi epileptici agonis ſympotomatis decelfit; in cuius cadavere, prater ſecum mortuum, heparque conſuetus molis, & ſubtantia, reperitus est folliculus felis, non pyriformis, fed inæqualis, ovalis, & quadruplo major, in cuius cavitate septem lapides (1) (2) in bilioſi iehore innababant, parvam nuem juglandem magnitudine ne haꝝ exequentes. Quoniam vero cadaveris examen inſtitutum fuit, mandantibus Medicis, ab experto Chirurgo Latio Onori, ut fi unquam adhuc extabant superfluitas vita ligna, Cafariano (3) more, fecutus fervaretur, ad ulteriora, ad craniū nempe ſectionem, chirurgica manus non proceſſit; ubi utique mortis cauſa expiftanda erat, querendo, num morbus idiopathicus fuilicit ab exiſtente in ſupremis glandulis vitio, vel dependens a labe ſeilecti inerorum vicerum, & precipue hepatis, & uteri. Illud tamen plurimum admirari coacti sum adlantes Profefſores, quoꝝ nempe jam pridem, & toto geflationis curriculo, mulier bonum habitum, bonaque nutritionem, & corolem praefuererit. Ex quo arguendum eft, quod, ſtantibus licet in cifti lapidiſ, fanitas perdurare potefit, aut quod lapides iſtu oculi, & protinus concreverint, ita ut, acciden- tibus uterina ataxia concuſſis, juncta ad nocendum vires Æ- gram jugulariter.

Dominicus Broilarius Brixianus Xenodochii Chirurgus olim in milite vulnerato, nomine Baruchela, Waldzniak (4) auctoritate fultus, extrapendentem jecoris partem ſex unciarum difſec- cuit, Ægro feliciter ſupervivente; et loci Jarro Chirurgo

H h 2

(1) la ſellos cifti trizigia ſupratruncata lapides

ſel de tous les animaux, des pierres parfois &amp;c.

(2) In Actis enucleatorum Lipſienciorum adhuc e-  
piffiis ad ſubtilitatem & luciditatem ſecundum dis-(3) Histoire de l'Academie Royale des Sciences de Paris ſupprefte na-  
turalis in Margaretha Adami Scholzii coniuge vi-

(4) In Notis Chirurgie Barbetta.

Domino Tombino , nimis audacem manum improprerante .

Adhuc susperites eft Nob. Olimpia de Gaifamis , quæ post diurnam febrim , anorexiā , abdominalium viscerum dolores , & in dextero latere emphraxes , dum una cum clarissimo Viro Petro Galanti , qui nobisfum curationi adfpat , refrigerantibus , & humectantibus febrilem aeftum compescere , bi-lem cūrare , & aperitivis medicaminibus inferius farcimen tollere curabamus , en repente minxit urinam non obfcuram , sed penitus atram , adeout quamvis Georgius Henricus Beher hifloriam referat urina nigra fngulis ferme quatuordecim diebus revertentes ; & in felohio noet obfervationem Zaciuti Lufitanii (1) de quadam Ægra , tuo tempore vite sua urinam nigrum minigente , attamen ad magni mentem Hippocratis , accepitis iudicij premisso nuncio , ad deleterias particulas corrigendas , & blandis diureticis ad coeptum a natura motum promovendum incumbere opportunitum duxerimus , & quidem cum optato juvamine . Profequentे etenim ad multos dies nigerrimi lotii exi-itu , morbo paulatim evanuerunt symptomata . Nobilissime Ægra optate incolumentis integre refiftita eft . Tu interim fancire poteris , num a latente hepatis , aut bilioſi ichoris vi- tio (2) , num vero ab offensis in tota liquidorum malla qualitatibus , & fermentationibus atra bilis surrexerit ; cum intima particula- rum lotium componentium mixella , abſque vel minimo re- num , & vefcie dolore , aperie docerit , non in separatoriis imis incerniculis , conrundemque internis tunicis phæcatalis , at- que corruptis , fed aut ab hepate , aut , ut ajunt , a toto a- trie urine prouentum pendisse . Sancire ulterius poteris , cur bilis ab hepate per porum biliarium , & ab ipſis , & folliculo in duetum choledochum deflens , nunquam feces in caſu nostro tinixerit , atroque colore imberbit ; cur , si in reliquo sanguine , ambitus corporis , cutiſque idero maculacata non fuerit ; quomodo denique fatis vicibus critice eruperit , & nunquam penitus atrum (3) amifsum , colorem in matula depoferit .

Undecim excurrunt anni , ex quibus leſta affixa vivit Julia Mefchina , quæ , vix superato adolescentie termino , repente dolo-

(1) Lib. III. Praxi Admirand. ob.CXXXVI.

(2) Autem Villis cap. IV. & V. de Ute- nia. Quod est in aliis nigerrimas latere , & balnei calore excitari poſſit .

(3) De atra bile , enīque differentiis legen- dum eft opusculum , pag. 97. , Bernardini Pa-

terni Salodiensis , de Literaria Republica , de- que Patria fua optimè meriti , qui in præcius Italia Gyptij , ac denuo in Patavio , titus quatuordecim annos rem medicina ad veterem Hippocrat. & Galen. difcipulam fenuit cum laude sat- presens ob.

dolorifico dextero abdominis tumore correpta , dein accedente lipothymia , affectorum viscerum pulsatione , & febi , ab e- gregis Professoribus D. Petro ſciliēt Galanti , & D. Joanne Petro Borghetti inſtituta conſultatione , flattum fuit , morboſa omnia ſympotoma ab orto in hepatis ſubſtantia tumore pendere . Cum autem ſumme aucta in dies totius abdomenis durities , & magnitudo , affectiones epilepticae , convulſiones , de- liquia jam jam extremitum minitarentur ſatum , ex improvifo al- liquetatenus in ſumma amplitudine mollis facta eft hepatica re- gio , moxque pravis violentillimis tuſſibus , & respirandi dif- ſiculatibus , pui album , leve , & æquale miſilla Patiens eructa- vit . Quia vero purulentæ expuſiones , ſpreti remedii omnibus , ipſoque aquarum Hirmenium Brixianarum potu , ad qua- tuor annos perverarunt , quin unquam aut ventriculi labes , aut excretionum qualitas per choledochum ductum ad oesophagum ipſas deferi manieriflent , tota difficultas fita fuit in flattu , per quas ſignanter vias , aut exiſtentes , aut a natura fabrefactas , exiutum per fauces ſibi promoverem (1) . Prequen- tilimis deinde conflictata fuit inflammationibus , anginas , & pleuritis ſimilantibus ; & in præſens interdum uterina epi- leptia laborat ; adeout , quando in conſilium accerſor , non de priſima recuperanda valeritudine agatur , ſed potius noſtra stu- dia , & meditationes veſtuntur in agenda , ut Ægra cum fu- perite morbo conſencere poſſit .

Sed quoniam me trahunt tui iulfus , meaque tibi parendi vo- luntas ? Parce , quafdo , meæ prolifitätæ , epifoliale limites prætergredienti . Parce inſuper meæ audacia tibi huic adjeſtas , & colligatas dono mittendi medico-physicas Diſſertationes , quas tibi in prima noſtra amicitia ſedere promiſi . Et ſi in ipſis aliqua (& utinam pauca) tibi occurrent , quae a rectis infla- tionibus , aut bona praxi diffare videantur , nos , oro , com- moneretur ne pigeat . Non enim aliud abs te unquam petere decreverimus , niſi ut mandatis , & conſilii tuis amicitiam no- stram ad neceſſitudinem perducere ne graveris . Vale .

(1) Legenni fuit Salmuth. obſerve. poſſitum. tis particulares referens , qui etiam ingenui fal- cent. I. obſer. 27. i. & Paulini. obſer. rar. ſus eft , adhuc latere vias , per quas ille in al- cent. II. obſ. 4. exiutum excretionis per os hepatis ascenderint .

CAROLO FRANCISCO  
COGROSSIO

In Patavino Gymnasio Professori Celeberrimo.

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

Postquam diu hæsissem incertus, cuinam nostrorum, nisi minus prospero fato, tribendum esset tot annorum in scriben-  
do silentium, effusit tandem opportuna occasio publica lucis  
nostrorum medico-physicarum Dissertationum, quarum exem-  
plar tibi non offere, magnum piceulum nobis vifum est. Quapropter illud huic adnexum epistola humiliiter tibi exhibeo,  
& obferro, ut antiquum illud nostræ amicitie foedus revivis-  
cat, & opus tuum de Febribus nos curandis, si tibi præfö  
est, cuius argumentum in Venetis actis olim vidi, & in  
eius themate nunc verbor, quofo, mihi dare, aut commoda-  
re digneris. Interim non minus accerrimam tuam crism fu-  
per Dissertationibus nostrar, ut te animadverteat docear, ex-  
pectabo, quam juffiones, in quarum executione semper ma-  
gna rata habere poslis mea obsequia. Vale.

Brixia XIII. Kal. Sextiles 1740.

FRANCISCO RONCALLI  
PAROLINO

In Brixia Civitate doctissimo Philosopho, ac Medico.  
CAROLUS FRANCISCUS COGROSSIUS

S. D.

**D**Inturari silentii moras ab literis tuis humanissimis, qua me plurimum semper recreant, abruptas esse, vehementer gau-  
des i coequo magis, quo me adhuc vivum post geminata familia  
funera in Amicorum memoria video. Elapso proxime Februario vix  
americam M. Antonium Patrem optimum: quam interjecto, heu!  
IV. dierum spatio M. Antonium Filium, ipsiusque unicum, XVII.  
statim annum agentem, effusis lacrymis proiecitus sum. Natus hic  
Patavii, valetudinarium Genitorem fecutus, Avi, cuius gesta-  
bat

hat nomen, pene dixerim, fato est raptus. Quis  
talia fundo

Temperat a lacrymis?

Si me Filium simili, & Patrem inter duas funebres facies confi-  
tutum consideraveris, nihil dubito, quin geminatus dolorem justa  
commiseratione reficias. Sed

Satis est orare Deum, qui donat, & auferet.

Elenchaturas Dissertationes tuas a nostra Antistite mibi traditas,  
quamlibenter accepimus, & legerim avide, facile reputabis, si  
diuturna nostra amicitia memor fueris, & argumenti certe non  
obviis, quod novitatem preferset, eleganter sylo exaratum est,  
conditione attendens. In I. Dissertationem quod attinet, uti-  
nam ceteri Medici, in sua quisque regione, aeris coniunctionem  
penitentiarum sedulo, antequam ad catharticas, eorumque usum de-  
scenderent. Hac enim ratione Italorum Medicorum methodus fa-  
bulam, ut solet, suppeditare minime posset comedis Gallicis, a  
quibus videntis populo Medicus purgator egregius exhibetur. Est  
modus in rebus. Utinam vero & purgationem abusu, qui longe,  
lateque dominatur, & vescantum quoque solemnis administratio,  
fine quibus adaptatis adhuc, & sanofo talo manantibus, quasi  
totidem referis, ager vix ad Charentis cymbam audet accedere,  
intra quibus moderationis cancellos cohiererent. Habeo de natura,  
effectibus, usu, & abusu vescantium jam elaboratam Differen-  
tiationem I., in qua, dimissis partium, aut sectarum fluidis, quid  
recepta efficiant, ad rationes, & experientia trutinam exigo. In  
altera vero, quibus in morbis, quorum certe exiguis est numero-  
rus, adhibenda sint, & in quibus eliminanda, peculiari ordine dif-  
firquentur assumpti. Quando vero hanc alteram Dissertationem feri-  
tur, sum, plane nefco. Est mibi corpus satigatum adeo, deje-  
ctusque animus, ut non modo de futuris laboribus quidquam au-  
dem policeri, sed ne harillari quidem.

Curiosus sane argumentum habes in II. Dissertatione, cuius  
utilitas, ac necessitas in aere prefertur. Brixiano plumbis gran-  
dinibus, & procellis obnoxia, satius patet. Video, quam apte, quam  
tute, quam fortiter obliteris adversus flagitosum errorem quo-  
rundam, qui se præstigii, & nefcio quibus characteribus, & iconi-  
bus invulnerabiles jactitant. Poteras in medium afferre, prater  
Redianis Observations, illas etiam, easdemque accuratas, quas  
jampridem in Academia (1) Regia Scientiarum instituit D. Car-

ri,

(1) Histor. de l'Accad. Royal. an. 1707. pag. m. 4 & 5.

re, qui fallaciam sitam esse luculentem ostendit in ferreis explosi-  
vis tubis peculiari artificio pyris pulvere instrutis, & pila plum-  
bes. In prefata Academia Historia observationibus conformant adamissim: Sur les armes a feu diffé-  
rentement chargées. Que le feu de la poudre, qui est sous la  
balle, communique avec celle, qui est dessus, même quoique la balle soit de calibre, & qu'elle soit entre deux balles. Cela paroit par la grande augmentation du bruit. Qu'en pre-  
nant une balle, qui ne soit point de calibre, en mettant peu de poudre dessous, & beaucoup par dessus, on peut tirer avec un grand bruit, & sans aucun effet sensible. Ceux, à qui on a vendu des秘器 pour être invulnérables, ou durs, & qui ont eu la precaution d'en vouloir voir des épreuves, ont apparemment été trompés par ce tour de mains, dont ils ne se sont pas aperçus. Ceterum humaniter, ut soles alii, ita  
etiam Astrologi morem geris, quibus ego nihil plane concederem, ubi de insinibus agitur, quam generaliter quendam, cundemque promiscuum luminis, & caloris motum, circa tot. postulata absurda, & a ratione abhorrentia, que ipsi quarunt. Adactum Gemini-  
num Montanarium (1) nebulares, & vident, quid responde-  
re possint in posterum, arte fallacissima a tanto Viro profigata, ac  
dejecta. Ridenda potius, si Dixi placet, hujusmodi sententiae sunt,  
quam serio confutanda. Praterquamque  
ridiculum acri

Fortius, & melius plerumque fecat res.

*Ita sane rem habui cum aegyptia quodam, qui Venetiis colotarius,*  
pulvera urina agrotatis infero, morborum curationem audacissime  
machinabatur sympathicam i quamobrem, arrepta occasione, Anno  
MDCCXXVII. VII. Idus Novembrii studiorum solemniter inflatura-  
tionem auspicias in Academia Patavina de Medicina: sympathica  
verbis feci, cuius predilectione exemplar prostat in Tom. XVII.  
Collectionis Opusculorum P. Calogerai Venetiis Typis edito. Legere,  
quæso, ne pigeat fragmentum de anno quodam sympathico a Pe-  
tro Aponeensi descrip. Petrus Aponeensis Hippocratis, & Ga-  
leni extimus Conciliator, Vir aliqui doctissimus, quantum  
ferebat suorum temporum conditio, hujusc prænobilis Civitatis  
deus, & ornamentum, mirum est, quot quaque congerat in  
Libello, quem de venenis inscripsit. Inter cetera arcanum illud  
ex Libro Regum Perfarum deproprium tradit. (2) Si sculperem  
fec-

(1) L' Astrologia convinta di falso ec. (2) Lib. IV.

feceris, ait ille, in lapide hematitiis virum cinctum serpente, cu-  
jus caput teneat dexteram manu, & caudam sinistra, posuerisque  
lapidem hunc in aureo annulo, & sub lapide posueris radicum fer-  
pentaria ritam, portaverisque hunc annulum, ab omni veneno  
præseveras. Quod quidem ego quandoque preparavi feci, & ad pra-  
dictum usum seruavi. Hac ille, cui si quis fidem habere vo-  
luerit, is profecto in subdium vocabit insignia effluviorum ex-  
amina ex hoc ipso anno, tamquam ex arce quadam, turma-  
tim erumpentia, que irruentes venenorum intercines atomos  
arecant, propulsent, profligent; quinimum, si Diis placet,  
plane, ac profus exterminent. Nec in ipsi recentiorum libris  
aliqua defiderunt miracula, que a diffitis regionibus delata  
curiosis Lectioribus venditantur. Inter cetera videatur monstrum  
immanc, horrendum, ingens, quod jam dudum narravit Ita-  
lus peregrinator (1) egregius, cuiusdam serpentis enormi mole,  
ac forma prædicti in Insulis Philippinis dictis degentis, qui cau-  
da ex arbore pendulus prætrecentus cervo, apros, quin et-  
iam homines ipsos, inspirato astutis aere, attrahit, & inte-  
gres devorat. Quid infelicitus illis hominibus præsumt Petri  
Aponeonis annulum, si gellarint, creditis profuturum? Num  
forte truculentis magnetis illis uncis, quos anguis immanissi-  
mus jaculator, tantula alexipharmacis anului corpula reluc-  
tris polli putatis? Hisce, & similibus rebus, quas supra natu-  
ræ vires possunt quorundam hominum aut fortis imaginatio,  
aut credulitas, aut credulitas, faciat ars medica; addo etiam  
in re, de qua agit, humana societas.

Singularem, & admiratione dignissimam describasi historiam in III.  
Dissertatione prænobilis sacra Virginis Capuccina, in cuius calde-  
ware, post multiformem symptomatum secundum, in diuturna agritudo  
complicata, ferrea, multique acus tum in capite, tum sub  
mendosis cositis, tum in utroque femore infixa comperta sunt. Me-  
rito inquiris, ac disputas, qui ferri potuerit, ut tot undique ad-  
ditis stimulis visceret, aegrit, rigidique Infibuti labores, atque  
officia sustineret. Hic multi haret aqua, neque quid sentiam, ac  
judicem, dicer ausim.

Quaris demum a me jamdandum propositum Opus de Febris  
non curandis, cuius argumentum in Venetiis Aditis te olim vidis-  
se scribis. Hujusc argumenti specimen jampridem Typis editum  
extat in Tom. XV. prefata Collect. Opus. in quadam habita pre-  
leto-

lectione , quum solemnis studiorum loſtauro in Academia Patavina recurreret . Opus vero , inter tot alia , qua ultimam manum desiderant scripta , eaque bene multa cum blattis , ac tineis ladania , facit adhuc , & jacebit in posterum , nisi D. O. M. labentem tot patemebatibus animum , sativitatem jam corpore , in perpendicularium aliquando reficitat , quod optandum mihi videtur potius , quam sperandum . Tu interim vale , & vegetari , quo polles , animo , & corpore , Patria huic tua , qua felicitas non caret ingeniis , novis elucubratibus operibus , nova in dies ornamenta definias addere ; & eximo Co: Massachelli , cuius nomen justa affirmatione suscipio , plurimam die salutem .

P. S. De Agaroplis mentionem habet amicissimum , dum vivet , Vallisuerius in suo Dictionario Historia Naturalis , in quo nibil , aut certe parum , quod attinet ad rem medicam , iisdem tribuere vifus est .

Crama III. Idus Augusti 1740.

S A P I E N T I V I R O

## A N D R E A E P A S T E

Medico inter Bergomates celeberrimo

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

O Raveram equidem egregium Virum Christophorum Giupponi , olim Veneta centuria decem , nunc ad majorem Brixienis oppidi praefectorum evectum , ut occasione fui in patriam itineris , si quod in publicis officinis extabat taurum Epitolarum exemplar , aut emptum transmittere , aut in redditum fecum ferre dignaretur . Cum enim jam priderem ipsarum specimen in Venetiis actis obseruarem , tuique nominis fama in dies hic etiam increbreficeret , non potui , quin mihi parandum sollicitarem , ex tua eruditiosis penit , quos possem , florelos libaturus . Verum tu , & humanitate , & generofitate abundans , illud dono mihi misisti , gratissime , & beneficis voluntati immerente cumulare . Placuit summopere utrumque argumentum , sed multo magis tua argumentandi methodus , sanguinibus Medicinae doctrinis innixa , & anatomicis obseruationibus suffulta , adeo ut ambabus uinis amplecti debeam , quae pro-

proponis in prima epistola , hoc est summa cum circumspeditione statuendam esse , num in demortuis fangus potius in venis , quam in arteriis concrecat , proindeque varius motus tunc etiam subire possit : quandoquidem , si diversa sunt mortis causa , si multigena est sanguinum indoles , si exta in tanta similitudine sunt semper dissimilia , sive denum cadaver diversimode siccatur , & vertitur , & fangus modo sursum pellitur , modo ruit deorsum , nil mirum , quod in uno , vel altero loco magis congetus concrefere possit . Ulterius prater a te exaratas , & a nobis delibatas , & reliquas , que superflunt rationes , addite illam unam , quae ex sanguinis constitutione , tum ad lentorem , tum ad dirosim inclinante , hauriri potest . Nonne in primo cau ob conicam arteriarum productionem , semperque magis ob auctam angustiam , obstantibus ipsarum parietibus , sanguinis unda lentefera cogitur , ita ut pedetentim progressivo percurse motu , ab immixtis heterogeneis , acede , & viciida naturae particulis , totus crux , quasi dixerim , solidi indolem induens , ad funefiam cum coagulatione statim disponatur ? Profecto si his accelerit ex fatigentibus probabilitate , quando extrellum infat fatum , primarii muculi faceris , infirmior , & enervis systole : si os aortae , aut quasi oleum , aut infarctum , aut polyposum , aut a caulis morbosis compressum , & iradiantis spiritus orbum , imprellum , qualicumque sit , a corde motum non sufficiet , sufficiuntque oblungata arterie , peritacicum pulsum , & undulationem promovendo , non tradet ; si denique in lateralibus diramatioibus , aut in extremis appendicibus , & arteriolarum finibus , utpote angustissimis , concrefecit ipse fangus , aut lento , aut convulso , aut ariditas transiit in venas intercepit , & in hoc rerum statu praecripsum omnibus exutum Patienti obeat , quis erit tam fatus , & demens , qui neger , in cadavere magnam sanguinis partem in arteriis inventam fuisse ? Sin vero ex maligna , & hecchia febri , aut alia de cau dialysis in liquidis dominetur , perque patentes anastomoses fangus in venas introcat , quo quelo cau , & effectus in iisdem verificari non posse , ex quibus crux coagulari dein in ipsis debet ; scilicet vel ex fermentatione , vel ex acidissimum particularum occurso , ex lymphae , scrii per limphae tubos , & membranarum porosities diversione , ex varicofae nodolitatis obstatculo , ex valvularum inertia , ne dicam flacciditate ,

I i 2

exque

ex quo tot agrotant naturæ characteribus : quibus intestinus , & progredivis motus sufflaminatur , necessariumque intercipitur equilibrium? Quibus in proxime morituro suppeditis , ubi disoluto spiritu , cadaver incipit frigescere , sanguis non solum ob externa , ut tu doce memoras , accidentia , sed interne indita , & mechanica vi , loco moveri , & poterit , & probabiliter debet. Primo enim quiete cordis motu , sublato in eructu impulsu , arteriae omnes in axim niti , & coire debebunt , prouindeque contentus fangus in magis hiantes , proximiiores canales exprimitur , vel retrogradu itinere caput , aut cor ipsum petet , vel proximas subibiles venas , illosque morbos simulabit , quos ante obitum factos , ut ait , autumant nimis creduli seculatores. Secundo , in capite , in thorace , in artibus , ubi aliqui visceris , glandule , utricle , & mucule omnes , ab aethere , flatulentæ , & nitrofie indolis spiritibus distendebantur , non oculi iheri , præcipue in morte violenta , aut sollicita , dissipabantur , sed pedetentim , & a parte post partem , superfite post mortem motu , ut in mutilatis flutis , & vepiris , carundineque fibris solemine est : ideoque in proximis , in collateralibus partibus aliae , atque aliae adhaesiones , & contactus efficiuntur : sibi quoq[ue] invios ipsos locos fangis subire , ne dicam querere poterit. Tertio , affectum aliquod in prævia jam agritudine vifus , aut ex longo materiae peccantis decubitus , aut ex jam abrafis , & diloricitas ac crescente fangue vaferum tunicis , bafescere , & marcescere poterit , tantummodo tot post mortem horis : ideo fracti hic illine corruptiorum solidorum repagulis , & sufflaminitibus , multi fieri possunt secundum mechanicas leges fangiue motus , qui iterum ratione impetus quietum alibi sanguinem moveant : quod quidem apertum fit ex liquidorum gurgite , qui post mortem per oesophagum , aut asperam arteriam eructatur , aut ex fractis ipsis feretri clavis , ob enormem externam totius corporis enflationem , & tumefactionem ; aut demique ab effossis ex humo cadaveribus ; in quibus multae novitates conficiuntur , quas quies , variu[m] p[re]trefactionis gradus , & tumulus produxerunt .

Ex his etiam perbelle fluit rationum apparatus ad flatuendam tuam hypothesis , in secunda epistola expoſitam ; num felicet polypora congeries , præcipue circa cordis thalamum , etiam post mortem cumulari , & firmari posſit : rueret doctrina tot celeberrimorum Virorum , qui fibi , & bonis pecudibus in verba

ba magistri jurantibus , suaferunt hunc vel illum polypum , dum Agger vivebat , aut ab utero contractum , aut florente æstate genitum , fati vadimonium accerſit. Circa quod , ut candide , Vir ornatissime , opinionem meam tibi aperiam , utique sentirem , utrumque effectum posse contingere : ita tamen ut Clinicus , qui & agritudini , & seclioni cadaveris interfuit , probabiliter citra erroris periculum decernere posſit , num polypus morbum produixerit , concomitatus fuerit , aut mortem fecutus sit. Et enim , quis non videt , a varii pulsuum anomalia , a lipothymis , a cordis palpitatione , & tremore , ex curru edemate , ceterisque solidorum vitio symptomatis , cuilibet remedio relatañtibus , nulla intercedente liquidorum dyscrasia , contumacem , & in dies auctum morbum , singulari illa accedente signorum syndrome , quam graphicè delineavit magnus Macoppe , non nisi a solidata , magnifice vasa adhaerente , polypula concretione , sanguinis commercium intercipiente , viteque fontem suffocante , pendere? Hæc itaque omnia si praecesserint , sicut polypus pertinaciter adhaerendo , altas jecit radicos , si canaliculis variegatur tunicatis in ipfas arterias , aut venas hiantibus , si communes habeat cum canali , aut visceris , cui affiguntur , membranas , & fibras analogo concuento distributas , si defuncte ponit corrivata sanguinis quantitas , ejusdemque grumi , potiusque in distans idem concreverit , si ad naturam carnis , aut calli accedit , si propinquia vasa in amplitudinem extensa , corrota , aut quomodo cumque modo violata fuerint ; si adstantes membranofæ partes diu compresæ loco ceſſerint , si que ante , vel post polyporum impedimentum , solidus aliquoq[ue] canalis laetus fuerit , novumque iter haema fibi paraverit , si deinde totum vas non occupet , & cum colore rubello mactationi integer refliat : tunc certe ante obitum existitæ flatuentum est (1). Si vero tempore agritudinis nulla unquam cordis anxietas , & morboſa vicissitudo contigerit , & concretio veluti inflata sit , aut saltæ parum adhaerens , membranofæ quidem filamentis variegata , & albis tunicis divisa , aut coopta , sed tamen interlini fangiue grumi , iisque obſcuri , & friabiles , ideoque levi frictione a reliquo concreto abſcedant , & reli-

(1) Polypeum generationem ante posſit  
mos vita dies ( quibus excitari tantum putare )  
enarrati abunde demonstrant (symptomata , &  
lesiones , longo etiam tempore ante fecundum  
manifeste , praecordiorum calicet angustia ,

pallidus vibrans , & intermitens , rufa in liquo  
lo dilatata , frequen animi defectus , brachii  
topere , pulsus obſcuritas in codere , & in ster-  
no Ipſammodicus dolor non semel obſervatus &c.  
Marcelli Malpighii Opera postuma pag 47.

& reliquo proxime circumstanti fanguini similes sint, & albido fulce tunice, & pellicule in reliquo etiam sanguine apparent, & dum extremus instabat dies, acidum in sanguine dominatum haberet, tunc & eo cau sumpcandum summiopere est pseudo polypofam molem tantummodo post obitum coagulata fuisse; licet non iri possit inficias, precedentem mortem polypo posteriorem polypum subinde adjunctum etiam fuisse, & vivam olim concretionem cum mortua repente facta coalefere, quo cau perfecte confare etiam possent differentiae omnes, que utramque concretionem circumferuntur (1).

Quod autem sine vita polypes molem solidari in vasis possit, preter tot experimenta, & clarissimum virorum effata, quae apte in eruditissimo opere adducis, apprime confirmatur, sumto documento ex mustacis, vinolis, laetecis, ceterisque bene multis, media pyrofi, fermentationibus, quibus, sublate ignis vita, quiescentibus, secundum mechanics effervescientis, putrefactionis, & separationis periodos, illuc offa separatur, illuc nubecula ascendit, & subtulio tela totum operit liquorem, illuc crystalli, & caput mortuum deponuntur. Quia vero & in sanguine multigena latet particularum indoles, cur dissipato jam spiritu, ex superficie in venis sulphure, salibus, acido, lentore, tartaro, aut quacumque alia humecte farina vi, ubique, sed praecipue in vasis majoribus, non poterit sanguis tali modo coacervari, ut, concurrentibus enunciatis causis, solidi naturam acquirat, & polypofam molem reperficiat?

Si quis autem aut praeconceptis doctrinis obsecatus, aut a nature miraculis alienus, perivacauerit adhuc hereret, num haec fieri possint, aedat Nofodochia, sequatur Phlebotomos; videbit enim ex ista vena profundente sanguinem, licet in fusco vafe aqua calente dilutum, & vita usura privatum, attamen hinc inde congregri, & in mucosa, alba, nunc varie colorata filamenta coire, nunc in catarrhales, & gummosas massulas, preftionis refidentes, abscedere. Videbit aliquando in inflammationibus, in plethora, inque cacochymis albam illam crustam, in matula supra sanguinem coacervatam, ad flavum, & viridiusculum colorem interdum inclinantem, que ipsos utres interdum superat in duritate, ut paucis abhinc annis

(1) Videntur fuit super hoc re Observations Pathologico-Therapeutica Christiani

nisi nobis observare contigit in fagine ex vena Patricii Veneti Jo: Aloysii Falieri, dira arthritide laborantis, in quo cumulate in superficie crusta, ad tantam firmitudinem foliata pervenit, ut, licet calami medietatem in magnitudine non superaret, attamen in argenteo catino cultro scindi vix potuerit: nobiscum fluente docto Viro Joanne Paulo Guadaneo, qui curationi adstabat.

Quoties igitur expofita principia, & effectus in fagine latenter, eaque majora a poftrema agravitudine, aut a violenta mortis caufa producuntur: quoties non ab acre, qui temper, aut frequentius crustam producere: sed ab inditis, & latentibus in hematite caufis, tot metamorphofes excitantur, fateri necesse est, poſſe etiam mucosa illa, albaque filamenta in arteriis, & venis congreſi, crafamentis fanguinis massulas allicer, & irriter: ita ut concurrente loci, & circumfantium foliordum aptitudine, & in liquidis fermentationis, & putrefactionis gradu, novum, duriusculum productum efficiatur ad polypofam naturam accedit.

Parce interea, Vir eruditissime, si epiftola limites transgressus sum. Nec credas, hoc ab addendi, aut innovandi ardore evenisse: sed potius ab inflante propensione, & vi tibi momente gerende, & confirmandi proportiones tuas.

Si vero ferotina meæ perveniant grates, adjectam, & colligata habes rationem, meas difertationes nempe, quas acri judicio tuo submitto: non enim æquum mihi videbatur, sola pagella beneficium reprehendere, sed publicam expeditare lucem opificuli mei fatius duxi, illudque dono dare: ut quamvis mica, incomposito stylo scriptitata, a tuis graphicæ, & summa cum doctrina exaratis, summiopere differant: attamen feruaretur debitu fætem in donorum specie, & pondere, æquilibrium. Pereat tamen hæc lex, & mercatoribus relicta impoſterum a nobis procul abeat: imo Coelites faxint, ut ipse primus in re magni momenti tuis juſſibus parere poſſim, ac tibi jugia, & si has sit dicere, in æternum duratura, mea obſervantie testimonia praefare. Vale.

S A P I E N T I V I R O ,

P raeclarissimo Medico

F R A N C I S C O R O N C A L L I  
P A R O L I N O

A N D R E A S P A S T A

S . P . D .

O Gratas mibi tuas literas ! O elegantiam ! O amorem , & miram humanitatem ! Quibus sane neque me quid unquam delectaverit magis , neque libertutis legi . Quid enim mibi iucundius accidere poterat , quam a Francisco Roncalli laudari , cuius non men non modo in urbe Brixia , sed etiam in aliis florentissimis urbibus celebratur ? Quas utique laudes esti mibi non debet certe sciare , tibi tamen habeo gratias de illa tam liberali erga me voluntate , quam in animo affidae feram , dum spiritu fruor . Verum , ut de meo libro loquar , nihil in eo praclarum esse cognosco , nihil singulariter , nihil laude dignum , mendosa & obscura infeste plaurina ; ingenium plane desiderari , atque doctrinam . Interim , Vir doctissime , me perite , ornataque scripsisse dicas . Tu quidem vel officio admotum dicis , vel

ut pueri , olim dant crustula blandi

Doctores , elementa velint ut differi prima .

Id , quidquid est , me fecisti non panis : nec si effem facturus ab incerto desisterem . Siquidem placuit conatus hic mens sapientissimo Viro Joanni Baptista Morgagno Preceptor quondam meo : placuit doctissimo Petro Antonio Michelotto , minique , dum in viris est , amicissimo & neque dispuclissimo reo Frederico Ottoni Menchenio , Viro eruditissimo , studiorum estimatori aquifissimo , dum opusculi mei in Actis Lipsiensibus specimen summa fide , diligentia , atque humanitate confectum probavit . Quid multis opus ?

Veno nunc ad ea , que non minus doce , quam humanitatem partim addis , partim obicit primi meis , & alterius literis . Velim tamen intelligas , me ideo ad hac respondere , quod vereor , ne tibi plus tacendo displicet , quam scribendo . Mibi igitur licet duo tanquam populata premistere , quorum primum est : vitam confidere in projectili circulariique motu sanguinis ope musculari cordis , & arteriarum sic , ut cessante hujusmodi motu , vita quo-

que

que finitur . Alterum : venarum sanguinem ab arteriis sanguineis uteris cor uigeti , ut sine arteriis sanguinis impulsu sanguis venarum ad cor redire non possit .

Hui positis , vix ac ne vix quidem afferetur , cur maxima pars sanguinis , si crassis fuerit , immorari post mortem in arteriis debet : scimus in venis , si tenuis . Nam si in evanescentibus arteriis , ita vis cogi sanguinem , ut obturatis earundem extremitatibus , nullus in venas additus sanguis patet , venarum sanguis non reddit ad cor ex postul . 2 . ideoque nec exhaustienter vena sanguine : interim sublata sanguinis circuitione , morietur extemplo animal ex postul . 1 . Sin a concrescente in arteriis sanguine , sic dimidium orificii coni verticis obstratur , ut dimidia dumtaxat pars sanguinis ex arteriis pelatur in venas , quis non videt , dimidato impulsu latum in venis sanguinem , effundi quoque in cordis ventriculos debere quantitate impulsu proportionali i indeque nec exhaustiri venas , nec impleri arterias maxima parte sanguinis ? Eisdemque rationibus , atque argumentis utendam arbitror , si vel propter consuptionem , vel ardoritatem , vel comprehendens , & similia , minimarum arteriarum oscula impervia omnino facint , aut fere impervia transiunt sanguini ex arteriis in venas . Quod si accidat , ut in aorta sit quasi osseum , aut infarcitum , aut compressum , & iradianti spiritu orbum , imprellum , qualiscumque sit , a corde motum non sufficiat , suceptumve oblongata arterie peritacitum pulsum , & undulationem promovendo non tradat i si , inquit , os aorta sit quasi osseum , alterum duorum sequi sponte credidimus : minimarum vel sanguinem a solo cordis moto circummagi ( quemadmodum sibi perfundit habuit ille , qui dixerat : sanguinem , etiam feriantibus arteriarum prefluris , non interrupto adhuc flumen per solam cordis virtutem , minori quamquam pulsu commecare posse , non fecus ac navim mediecat fabricta remorum impellentium . ) vel ex pulsationis arteriarum cessatione motum sanguinis circularem cum vita finiri . Quod pariter eventurum suspicarer , si propter infarcitum , compressumve os aorta , arteriarum pulsatio definit .

At si velimus , periculum disolutumque esse sanguinem , inertes venarum valculos , varicemque adesse infinges , quid tum postea ? Nonquid universus sanguis profuet per patentes , ut inquis , anastomoses , ex arteriis in venas ? Mea quidem sententia , nequam . Quippe nihil plus sanguinis mili videtur ferri ex arteriis in venas debere , quam quod una arteriarum contractione expelli

K k

postea ,

potest , aliter implerentur rufum arteria sanguine , ut initio edita prima episola conatus sum probare . Id autem sanguinis , quod una tantum contractione excluditur , si partem maximam sanguinis non constituit in sanis , quanto minus in morientibus , ibi considerandum relinquo .

Quin iam ea ipsa contractione fortasse minus sanguinis expellatur in venas , quam sanguinem in sanguine fuerit . Evidenter ad projectilem sanguinis motum non modo cordis , arteriarumque actionem conducere censio , sed etiam renixim partium sanguinis , quem cum fibra sanguinis potissimum praeferat , eaque in tenui dissolutoque sanguine , non defunt , certe exiles admodum sunt . Et minime elatice ; manifestum est , cordis , arteriarumque actioni vix restitu possit sanguinem , cui insit sanguis . His si accesserit valvularum venarum inertia , varicunque magnitudo , ac numerus , minus adhuc in arteria moveri sanguinem , aquum est arbitrii , eo quia arterias tum venis sanguinis resistunt , tum valvularum in venis , varicunque momentum superare necesse sit .

Sed ratione quoque experimenta respondent . Nam eorum qui ex pleuriticis , aut peripneumonitis morbis interirent : quorum quidem sanguis crassis admodum est , & polyposus , sive polypea frustula glomeratae oblongas tam in arteriis cordis proximi , quam in venis offenduntur . Idem communis esse plurimum reprehendi iis quoque , qui crassissimum natu sanguinem , aliis affecti morbis perierunt . Sic gravis annis proxime prateritis mali moris febribus , atque variolis fateri possum , me nunquam tantum sanguinis in venis cadaverum sectione vidisse , ut partem sanguinis maximum confitueret , quamvis summa sanguis in sanguine dominaretur .

Pergis : ubi dissoluto spiritu cadaver incipi frigescere , sanguis non solum ab externa , ut tu doce memorias , accidentia , sed interne indita , & mechanica vi loco moveri & poterit , & probabilitate debet . Evidenter cum in ea sententia fuerim , ut credarem , ea contractione , qua circulari sanguinis motu finem imponeat , vitam etiam extingui : id antequam cadaver frigescere incipiat accidere ( nisi eo morbo pereat , in quibus ager , antequam mortuatur , frigere solet ) corque potius ultimo contrahit , quam arterias , credidi , qua neque cum cordis robore , neque crassitate sunt conferenda .

Vерum si ultima arteriarum contrallatio , qua perit animal & ea que sanguis sursum deorsum proicitur , ante , retro , in proximas , aut

aut longinas partes , nam hec nihil moros at si sanguis ea ipsa contractione sursum versus pellat in vasa plana perpendiculariter insuffientia , aut quoquomodo elevata , handiquaque ibi confiseri , aut iti concrefere , ajo , quo projectus pervenerat , sed deorsum prius fluere motione naturali a gravitate pendente , quam catalogari , & frigescere incipiat . Cumque in vasa deflat omni profus renixu expertis , aut fere omni , nihil subest mirari , eadem ipsa vasa , & præstrium venas , cordique anariculas a sanguinis prouenient vi , ac pondere sanguis adeo dilatati post mortem , ut plerisque dilatata multa ante abutum fasce videantur .

Ceterum handiquaque mihi in animo fuerat , in contraria episola , in qua vides , experimenta , & observationes novi ejus paucas , verba vero , & rationes sive confutatio prætermis , de omnibus motibus agere , quibus sanguis post mortem , cum antequam coctus , tum posquam covertis , cicer potest , neque eauas percurrere singulari , quis gigant motus . Quid enim aliud ejet , quam crambem recuperare , longioraque episola fore sine illa utilitate facere ? Id erudit ab aliis præstitum , tijque præcepit , qui de cadavere cruentatione scripsit . Placuit enim mihi , motum sanguinis post mortem detegere , qui , ut fiat , neque certa quadam indiget confirmatione sanguinis , neque aeris , qualitate , neque materiarum peccantium decubitu : neque necesse est , citoquin aliquod inflammari , mole augeri , aut contra tabescere : neque malignis morbos procedere , neque ad fermentationes , neque ad putrefactiones configere , sed semper eodemmodo sibi deprehenditur . Hunc igitur motum brevibus illustrare , episologique utilitates adducere , conatus sum : tam eorum meminisse , quae sanguinis defensionem post mortem sive in quibusdam vasibus minore , interdum quoque ex tota prohibere conseruerunt . Ex his autem , quas enarravi , causis ratis sanguinis comprimitibus , facilem fore adiutorum ad plerisque alias eruerunt exigitur : nimuram materierum supra vasa agglomerationem , veluti paris , effusi sanguinis , aquarum & viscerum incrementum , ossa , lapides , & alia permulta .

At tu interim causam altam enumeras , sanguinis defensionem aliqui impeditent , ubi ait : in plerisque partibus non ielu oculi , præcipue in morte violenta , aut sollicito , diffilipe puto spiritus , sed pedetent , & a parte post partem , superficie post mortem motu , ut in mutilatis , flutis , & viperis , carundemque fibris , foliencis est : hinc adiunctiones , & contactus effici delabenti restitutoris sanguinis . Ego quidem ergo admodum intelligo , quo modo

modo quidam fibrarum motus , vel potius tremores naturalem ultimam cordis contractionem secuti ( cuiusmodi sunt , quas Harvejus in dextera cordis auricula , in vena caro Lovverus reprehendit .) Quomodo , inquam , possit vim atque pondus descendens sanguinis superare ? Evidenter pluribus dissectis canibus , laqueo enectis , non quam hac de causa prohibitum sanguinis descensus fuisse memini , sic ut verisimile esse dixerim , concuti quidam sanguinem , at sursum pelli his fibrarum tremebus , aut prohiberi ne descendat , difficulter posse . Id dictum esse volo de vesti majoribus , qui occursum aciem non effingunt , subiectique cultro possunt . Nam de sanguinis defensu in vase minima , inque sanguiferas fibras , praesertim oculis quotidie fere exemplum habemus apud culinarias mulierculas , coquosque , qui , ut albidioribus carnibus mensas ornant , gallinas enecas , sequi se concuentes suspendunt pedibus : quo fit ut universus sanguis circa caput collumque congeratur : quamvis , si eodem supplici genere homo , vel quadrupes necaretur , dicere astim , ut his fibrarum motus post mortem longe minorer fore , quam gallinaram .

Non enim is sum qui credam , dormientem Hispanum absenso capite surrexisse , enemus enudasse , bisque , aut ter circumduxisse , pruisquam in terram concideret : neque quandam alum extracto corde caput expedire morisset , adstante torno vultu infixisse , & eorū suum accusatus contemplatum esse , donec caput amputaretur : neque divisi supplici causa Egyptiorum , ignique impositos per hora quadrantes vivisse , agnovisse , & responsa dedisse : neque verace obtinente capite progessum fuisse : neque ex aris vitimas edactis visceribus . Nam inter miracula ponit , qua refert Surius de D. Proculo Bononiensi milite , de D. Dionysio Arcopagita , & D. Albano Kornmannus , de D. Domeneo nostro Mutilius , aliisque , qui recisum proprium caput manibus tulisse dicuntur : sicut licet , qui existimat id non divinitus factum esse , sed ex Gallis profectum fuisse . Mos enim fuerat apud pictores , sculپtoresque Gallos recisum caput in trunci manibus ponere , uti Itali palmam solent , tanquam signum martiriorum .

Ceterum anguillas , viperasque in frusta dissectas , scolopendras , stelliones , palpitos , cypriinoque pisces , aliquoque diutius moveri , verisimiliter est . Quia recisum vipersa caput non aliter mordere , ac si corpori coniungeretur Redius tradidit , quod Charas quoque observavit in descriptione vipersa . Crabrone vero abato capite volare , muscasque quasdam maiores non volare modo , sed etiam generata-

nerare : testindines terrefres per plures menses ambulare , credant , qui volunt .

Venitur modo est ad alteram epistolam meam , in qua mibi tuam , Vir doctissime , sententiam aperis , ratus cordis polypos tumante , tum pofi mortem feri . Quis , enim inquis , non videt a variis polium anomaliis , a lipothymis , a cordis palpitatione , & tremore , nulla intercedente liquidorum dyscrasia , contumacem morbum a polyposa concretione pendere ? Dic mihi fides , cur rebus sic plantibus penderit nequit morbus ab anevrysmate aorta , cordifice ? At num quia magnus Macopee sic graphicæ polypi figura descripserit , ut anevrysmati aorta convenire non posset ? Legas , obsecro , Roncale humanissime , que literis traxisti §. V. mea , de qua agitur , epistola pag. 21. & seq.

Nulla , addi , intercedente liquidorum dyscrasia . Utinam adeo explorata & perfectam fluidorum naturam haberemus , ut eundem iugula innesceret . At quomodo in particulis fluida componentibus pars proportiones , & vires agnoverimus , si plerique eorum sunt impervia sensibus : neque satius consentit inter Physiologos aliarum , quae sunt sensibus obtusa , de natura & virtutis ? Sin nulla intercedente liquidorum dyscrasia , velis intelligam , sanguinem nulla per morbum crux obducit , adeoque affirmare non dubitis , crux in sanguine non apparent , ortum ante mortem fuisse polypum , quid tunc probaberis , quominus respondemus , aut forte non educatione sanguinem iis cautionibus , aut iis similibus , quas recenter §. XVI. pag. 61. & seq. , aut semel tantum fuisse elicimus ? Nam fieri omnino potest , ut , adhibitis licet cautionibus , crux sanguinis interdum fallat , pricipue cum parca faciat , cum permulta sit , dum sanguis mititur , qua cadem impediant , qua in cadavere quieti traditio desiderantur : ut enim non elicere cruxfus per morbum sanguis , quia occurant in cadaveribus polypi in quemadmodum §. XVI. ejusdem epistola adnotavi , ita vix unquam offendit educatione sine crux sanguinem , in quorum cadaveribus apparuerint polypi : qua sane crux laborasse Patini quoque sanguinem in morte missum legimus in fine §. IIII. epistola el. Macopee .

Translatis deinde ad polypum ipsum , ejusdemque naturam circumseriens , cum primo exiliatis ante mortem natum , qui prater narrata superius symptomata , pertinaciter adhaerendo altas jecit radices . Hoc equidem tum accidere arbitror , cum is cordis positus fuerit , ut clata sursum e sanguine calens adiacet , & fibris crux

ſa; i quippe, tunc ut in ſequi, in libro qui reuocari infribitur, legimus, vnde ipso in ſequi feſtina cordis columnas, lacerulos parietumque foecas infert, ant intra arteriarum asperitatem: ubi nos fortior nequa cot, utique ſi robuſis fibris compoſita fuerit, contentumque intus ſerum exprefterit; non aliter atque in educto ſanguine facere conſueſſe, dictum eft in epifola.

Poſt addis, ſi canaliculis variegatur tunicatis &c; tum, ſi communes habeat cum canali, aut viſcere cui affiguntur, membranæ, & fibras analogo concuento diſtributus. Ad canaliculos quod attinet, cum tunicatos appellaveris, valde reveror, ne inter vafa ſanguinis ſint enumerandi; que nec in polypis unquam vidit Malpighius ipſe, neque Morgagnus, nni videre eft in Adversar. Anat. V. animad. 27. pag. 40. Ad alterum autem & hic calde metuo, ne polypus communes habens cum canali, aut viſcere cui affiguntur membranæ, & fibras &c. amplius polypus fit appellandus, ſed vera canalis, aut viſcere excrefentia, que de non agimus, quamque canaliculis gaudeat tunicatis hic illi hiantibus, ultra concedetur.

Tum, ſi defini, ſequoris, pone derivata ſanguinis quantitas, ejdemque grumi; potiūque in diffans idem concreverit. Fator, me nunquam vidisse polypos ut ut fibroſos, tunicatos, & doros, cui grumi ſanguinis, ſer omnis omnino pars grumi, deſſeni; licet interdum ſanguinis quantitas pone, vel ante delitesceret. Ubi namque polypus grumo lace adharet, nullo negotio ab eodem diſtinguitur, ejdemque mutat: dum cadaver & ledo auſtentur, diſverſimode ſectiūr, ſupra tabulam proicitur, ac parum diligenter diſector ſ ita tamen ut facile ſit intelligere, qua parte grumus polypus ſecerit; cum ejusdem reſigia ſemper in polypo appearant. Vid. §. XXII. pag. 73.

Deinde, ſi ad naturam, inquis, carnis, aut calli accedat polypus. Profecto mihi certo conſtat ſape miſi ſanguinis crufiam ad carnis, aut calli naturam acciſſe. Huiusmodi fuſt, quam clar. Mengetus deſcripti in annotationibus differentiatione Malpighiana de Polypo cordis, quamque transcriptam leges in §. XX. epifola mea pag. 69. & seq. Quin tu quoque ſimilem mihi viſus es deprehendere in ſanguine Patricii Veneti Falieri, in quo cumulata in ſuperficie crufa ad tantam firmitudinem foldata pervenit, ut tibi vix potuerit, atque interdum crufiam, parum ante inquis, tibi acciſſe mirari, que utre ipſos duxit ſuperaret.

Tum, ſi propinquia vafa, inquis, in amplitudinem extensa corro-

corroſa, aut quoquomodo violata fuerint; ſi adſtantes membranæ partes, diu comprefſe, loco caſſerint, ſique ante vel poſt polyporum impedimentum ſolidus aliquoſi canalis leſus fuerit, novimque iter haema ſibi paraverit. Si propinquia vafa, intellegis, ut arbitror, vafa ſectionem, quam polypus obſidet, bujus amplitudo naturali major, hoc eft atervryſma ſi arteria, varix ſi venæ fuerit, mibi videtur ſignum polypi per quam ambiguum. Quippe iſib[us] vaſorum vita fini illa polypa oriri poſte maniſtatione eft a ſinu erodente, a cui cuncti ejusdem impellentes intus contenti, a fibratum paralysi, conuolſione, contuſione &c. Quin Lanciſus non polypos flatu cauſam atervryſmatum, ſed magna atervryſmatia cauſam polypi. Item dicendum arbitror, ſi vafa correſa fuerint, aut quoquomodo violata, aut laſa: ſin adſtantes membranæ partes diu comprefſe loco caſſerint, id non poſte tribu, niſi arteriarum atervryſmati, aut varicibus venarum intellico. De ſanguine autem novum iter ſibi parante, ſi quis milio polypum oſcen-derit iter ſanguini prelaſtendum ſit, ut nihil ſanguinis trans polypum offendatur, iam universos & ſingulare polypus ante mortem geni, jureſuando aſterat, dummodo ne vafa poſitus uti polypus haſerit obliqua fuerit, unde exiſtimare neceſſe ſit, polypum eſſe crufiam ſanguinis in ſuprema grumi parte conſtitutam. Sed hoc opus, hic labor eſt.

Si denique, inquis, totum vas non occupet, & cum colore rubello maceratione integer refiliat. Si quod argumentum probat, nullus eſſe diſerim inter crufiam educti ſanguinis & coridis polypum, hoc certe, ni fallor, eſt. Nam in his polypis ma-xi- mo more crufa ſequitur. Et priuum hac ubi concreverit, totum vas occupat, quo excipitur: mox in ſingulas horas contrahitur, quoque contentum intus ſerum exprefterit, propinqüe ad centrum accedit. Sie eo craſſor deprehenditur polypus, quo propius aſt ab interiu ſectio cadaveris: que quidem narrata ſunt §. XXIII. epifola, pag. 74. Deinde crufiam omnem, qua ſpeciem carnis exhibet, integrum macerationi refiſſe novi, facto perciu-lio macerationis quadriginta dierum in aqua ſimpli, adiuta ebullitione in ſingula dies quatuor horarum: colorēque rubrum ex pauciſ ſanguinis profectum non priu amifit, quam polypus ferat, ex cadavere ſumptus, cuius crufa ſanguinis fuerat, co-demmodo modo aigue agredit. Quia conſirmare videntur Mal-pighii ſententia dicens, crufiam miſi ſanguinis perfimila ha-berere polypi phænomena; & Villiſſi, conſimilem omnino ſub-ſtan-

flantiam nancisi cum concretionibus polyposis ; qua literis tradita sunt in §. XVIII. epistola pag. 66.

His igitur satis arbitror , me tuis respondisse difficultatibus : sed interim manent , qua de acido in sanguine dominante , polypum que pofit mortem interdum creante dici : quaque insuper adducis argumenta ex masculis defunctis , vinois , latetis , ceterisque fermentationibus . Ad primum quod attinet , non indigna prorsus existimo , qua repous in §. X. epistola pag. 37. 38. 39. Quaque humannerit , ut folia , legas velim . Ad alterum , quod spectat , respondere : naturam in efficiendis polypis nihil omnino indigere , neque uti chymicis viribus . Et quanvis adhuc in sanguine plerique crassa , tauracea , sulphurea , salinique particulae , harum vires in polypis conformatio natura non adhibet . Sola partium a partibus secundum negotium perfectior , sola lege turritissima gravorum . Quia sanguis secundum partium a partibus tum incipit in sanguine ferri , cum ejusdem projectitus motus a corde arteriis profectus , ut & ita , quem fluminis diximus , definerit . Vid. §. XVI. pag. 63. & seq. Quod si sola partium a partibus secundum crastam in miso sanguinis fieri nemo ibit inficias ; quid causa est , cur non velis , eadem prorsus arte fieri polyps in cadaverorum venis , arteriisque ? Gaudet namque maxime simplicitate natura : quaque demonstrari queat datis notis aque , ac simplicibus , non sunt expanda ignoti , atque obcurvi .

Ut autem certo seias hoc uno modo , neque aliter excitari in cadaveribus polypos , prater enarratam ante , & a summis Viris comprobatum similitudinem inter crastam educti sanguinis , & cordis polypum , infice stutu polypi in cadaveribus reperti , cuiuscumque sit indolis , duritiae , ac roboris cernes profecto semper occupare supremam grumi fedem , non positus in quo cadaver difsecatur respondent , sed ei in quo mortuus homo fuerit re ferme refrigeratus . Vid. §. XXII. pag. 73. Quid quaris ? Certe aut falsa loquor ? aut si vera , fatearis necesse est , polypum cuiuscumque generis , quocumque praegevo morbo , semper supremam grumi fedem occupantem , crastam esse sanguinis in cadaveribus coacti , easorum figuram nadam , in quibus eadem ipsa coiverit .

Ac si forte accidat , ut proper ea , qua scripta sunt §. XXII. huius rei veritas in humanis cadaveribus non semper , nec ubique sicut appareat , seias velim , canis in canibus , qui crufotum habent sanguinem , elucescere , modo capite suspenderunt , aut pedibus . In utroque enim corporis possum nullo negotio statim inventies oculis-

oculisque palpabis polypos in suprema grumi sede sitos tum in arteriis , tum in venis . Hac si minus vera esse conperies , ne malum hominem , me imparem , si dixeris , non erubescam , nec moleste feram .

En abfolita tota pagina , Roncalli humanissime : si difficultates minus sunt abfolita , fortasse dies ipsa faciet , ut dilucide patetan , qua satis explicare non valsi . Responfiones autem meas multum fuisse prorogatas non e re mea fuit , sed inelyta Monialis Ermnia Panzerina , qua me gravissima arminis tuis adeo perfrui , ut irrigarem lacrymis , qua nunc scribo . Quamobrem , ne tristitia tua longius ducatur , que salutem quoque tuam magno Reipublice literaria danno in discrimen adduceret , ibi a Calephi Medico auxilia primum exopto & deinde a virtute tua , que cum in omnibus feritatis tuis emineat , tam vel maxime in editis poftremis dissertationibus mibi dono missi , eluces : pro quibus sane , & pro ea , qua me in co opere nominare dignatus es humanitate , gratias ago maximas , semperque agam , quadam vita perficiar . Eximiam autem eruditissimum tuam in medicis , & philosophicis rebus accerrimo , ac severissimo iudicio conjunctam mirari non desnam . Vale : tuamque valetudinem , meque additissimum famulum , diligenter cara . Bergomi Idibus Novembris 1740.

## JOANNI BAPTISTÆ MORGAGNI

In Patavino Gymnasio Primario Anatomes Professori,  
& Praefidi

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

MAgni cui nominis fama , Vir Illustrissime , summa tua humanitas , qua olim nofras , qualcumque fuerint , elucidatibus comiter sufficipsi , tuisque literis probare dignatus es , promta demum , & sapientissima responfa , ne dicam oracula , quoties de difficultimo aliquo morbo agebatur , licet huic munukulo viam quodammodo literare videantur : attamen si te primariam olim huius Bononiensis Instituti columnam , nunc vero magnum esse decus memineris , si epistolam nuncupatoriam nostris operis fronti propofitam inspicias , ne hilum quidem dubitabis , non alio mea confilia specclare , nisi ut tibi soli , & domino , & sodali privatis hinc literis faciem , & vocem , quod dudum publico testimonio in grati animi , &

L 1

obse-

obsequii tesserae omnibus ex Academia obtuli. Quoniam vero rationum momenta , que me ad id faciendum impulerunt jam in ipsa dedicatione explicata sunt, quin illa tibi refriem, aperte vides singulariter a te , qui in physicis es omniscius, expectari de dissertationibus meis judicium posse. Ad tertiam tamen quod attinet , anatomicis experimentis , & doctrinis , in quibus principatum tenes , quodammodo exarata , non me credas , ad canenda miracula proclivem , neque mearum hypothetum adeo philaustum , ut illas ampulloso extra naturae regna , & Phyllices confinia novatoris , & portentiferi Viri nomen affectans , transducere velim , a qua potius propensione toto celo alienus , ab ipsa natura comparatus sum ; sed ex animi sententia dicere debui , non cur : quomodo , aut quando acus intruse fuerint , sed dicere , inquam , debui , quod vidi , quodque hinc manusbus tetigisti . Tu , qui tot cadavera fecisti , torque sectionibus praefueristi , nihilque , quasi dixeris , ignoras , quod veterum anatomicorum solerter detexisti , me docere poteris , num obvia , aut rarissima sint , que reperi , num vera , que exposui , numque amicum adeo feedus cum mufulofarum partium villis , tenuibusque nervarum fibellarum ordinibus , rubigoñum ferrum ineat , ut non uno , vel duobus locis subbare , ( quod de extraneis corporibus in corpore quandoque visum est ) sed centenis , vel decuplicatis quieferet , absque vel minimis communium integumentorum , & mufulorum abdomini virtio , tam facilis negotio possit (1) .

Faxine interea Superi , ut , qualiacunque sint , nostra tibi arrideant meditamina , & velint , ut diu omnium votis sis perfectus . Vale .

## FRAN-

(1) Nam tantum absit , ut hoc fieri possit , ut natura ne pilos quidem , aut ministris quodvis aliis corporisvis cicatrixe iactuorum tolerare , aut per se ipsiusmodi iactuorum tollere , aut tendens , aut familiis alterius sufficiat denotare . Nec vera per ratio est genitrix per se ipsiusmodi iactuorum , a natura praeordinata corporis visus , ut in corpori impinguo illa ad ultimum annis confundatur . Ambrodes Parvus Lib . creaturae fons dicitur massa : nam & familiariter quae-

dass plumbum cum humano corpore intercedit , & tandem id tandem nisi apposita carnis , aut ligamentis , aut tendens , aut familiis alterius sufficiat denotare . Nec vera per ratio est genitrix per se ipsiusmodi iactuorum , a natura praeordinata corporis visus , ut in corpori impinguo illa ad ultimum annis confundatur . Ambrodes Parvus Lib . EX pag . 295 .

FRANCISCO RONCALLI  
PAROLINO

Viro Clarissimo

JOANNES BAPTISTA MORGAGNUS

S. P. D.

R editta mihi sunt literae , & Dissertationes tue , Vir clarissime , summa illa erga me humanitate plena , he vero , quantum adhuc potius ex terria cognoscere , non vulgaria , immo rarissima quadam , & fortasse inaudita complectentes . Eisti enim non tantum mihi sumo , ut que ad meam facultatem attinent , omnia & legi , & meministi me , credam : at pleaque certe ut mihi ne incognita essent , multam ab adolescentia usque operam posui . Tamen qua de ipsis acibus scribis , sive numerum , sive sedes , sive cetera attendam , non modo ipse non inventi : sed neque alium quenquam legisse video , qui ab se inventa commemoraverit . Quo magis tibi & gratulator , & gratias ago , basque eo cumulatoribus , quod amicis tuus de me judicium cum publicis , tum privatis scriptis , qua tua est humanitas , significaveris . Deinde Opt . Max . venor , ut te incolumem servet , faxitque , ut quam diutissime & rem medicam ornare , & me redamantem amare possis .

Patavio XIII. Kal. Sextiles 1740.

ILLUSTRISSIMO , DOCTISSIMO VIRO  
PHILIPPO DE VIOLENTI  
REGII POLONIARUM PRINCIPIS &c.  
Medico , & Confiliario .

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

P Ostquam Venetis te comiter alloquenter audiui , teque , & præcipue Illusterrimo , & Excellentissimo Comite Joseph Cabaleoni de Wackerbarth Serenissimi Principis Poloniarum primario instructore annuente , Regiam manum mihi fauente ( o dies non lapillo , sed adamante obsignanda ) deosculari

L 1 2

lari

lari datum est , semper magis cogitare non destiti , quomodo & facili , & promillii mihi a te in literario commercio officiis respondet , aut exfolvere possem . Sed mea me tentias deterrebant , quippe cui aduersus tuorum meritiorum amplitudinem nunquam paria posse reprehendere videbatur . Inter has haesitantis animi difficultates effulgit tandem spes , quod nempe absolent magni Viri humaniter suscipere , & veritari in iis , quae non solum , utpote perfecta , ad bonarum artium propagacionem pertinent , verum etiam omnibus acquirescunt , & primo falso obtutu delectantur , qua literarium aliquod specimen cum novitate conjunctum habent . Ideo cum in praescis primis videant lucem Dissertationes nostra Miscellanea , ex quam duxi illarum exemplar ad te transmittere . Nemo enim magis quam tu iudicium ferre potest ; cum concreta tibi a Rege Augusto Patre Serenissimi Principis salus & vita jam fatis ostendat te in latissimis Germanie , Saxonie , & Poloniariam ditionibus jam jam ad medica facultatis apicem evehcum , ad quem nil aliud , quam virtus , & doctrina iter aperiunt : adeoque de omni scientia non tantum differere , verum etiam circa errores periculum recte fancire potes . Et quoniam jam proximum audio ab urbe Veneta discessum tuum , tibi comitem addere nobis placuit Opusculum , ut nunquam penes te defelct mea observantiae testimonium . Si in tuis apud exteras gentes itineribus , praeципue ad rem medicam , quod spectat , aliquid occurret , quod a vetere praxi , aut a notis inventis distare , & cum artis decore , vel agrotantium utilitate increbrefere videatur , nos quoque , ut orentis decrevimus , commonefacere ne pigate . Sicut enim singulare regioni singularis competit medendi , ideoque , & purgandi methodus , ut in affecta prima Dissertatione exposuimus : ita non adeo erga nostram Italiam philauti sumus , ut diffari argumento libenter non afficiantur , Deum Optimum Maximum multis regnis , populisque sub diverso celo peculiares concepisse , semperque innovari , & florere ingenia , ex quorum mutuis monitis , & reciproca , vel interdum critica vicilitudine ars medica illustratur , atque perficitur . Per me fame dum mens , viresque aderunt , nec summa tuae humanitatis obliviscor , nec definiam tua mandata flagrantissime percuperi , & ubicumque locorum te certiorem de meis obsequiis facere . Vale .

VIRO

VIRO CLARISSIMO

FRANCISCO RONCALLI  
PAROLINO

JOANNES BAPTISTA MAZINI

S. D.

**D**um sedulo legerem ea , qua de usu purgantium in aere Brixiano doce , eleganterque edidisti , & mihi singulare humanitate tribuisti . Vir clarissime , recordatus sum eorum , qua clivis Brixia , medicam Praxim agens , plures expertus sum : candida statu , & brevibus refero . Cum res medica popularet expendere mafiam sanguinis , ut plarimum milie se obtulit ejusdem crassifamenti tenuis fibrillis compositum , subtilitate quidem fragilitate , & raritate admirandum . Brixia etenim aquilonem verius astilfimis montibus munita frequentissimis rivulis abscedit : ad his , quibus prope se civitas , aero-nitroso effluvia , qua frigida aromata a Verulamio de histria vitæ , & mortis dicta sunt , scroci impetu frequenter efflantur : cum vero mechanica leges edificant effluvia emissa a corporibus suas vives , ac momenta exercere in ratione reciproca quadraturum difflantur corporibus , a quibus emanant , nemini obscurum esse poterit , ea desistat , easque copia aero-nitroso elementa Brixianam atmospheram implore , eaque vi , ac potentia motus , & elatioris Brixianorum aophagum , & pulmones ingredi , & ingressa facta arriatere , qua reciprocè Brixianis cives aquilonariis montibus sunt invinciores . Ingressa itaque mafiam sanguinis occupant , fatique federe cum particulis sulphureis , quibus Brixianorum humores ob vinos nimirum sulphurea eminenter abundant , tota fluidorum mafa aquabilis , ac naturali quidem , sed majori gradu movetur , ex motu attenuatur , ex attenuatione rarefcit , talique motu , subtilitate , & raritate ut plurimum conservatur .

In hac communem tenuium humorum constitutione , Brixiani altius temporibus copiose transpirant , propterea majori , & frequenter eagent alimento , ne languidi collabescant . Si ergo hujusmodi temperies hominum indicat , aut tenuem cibam ferre non possunt sine deliquio , quomodo purgantia ferre poterant sine periculo ? Hisce phenomenis confundant ulterius aqua nitroso particulis frigidissima , quibus potissimum utuntur illi , qui sub aquilonari Brixia plaga vivere

vixire confuscent ; hac enim nitrofumarum aquarum indoles salinos ventriculi solventes cuneos alte acuit , & auget , ut has aquas cum Hippocrate lib. 6. de Morbis popularibus voraces effem diuersus . Quosa non tadeat vocare pariter in iudicium ventriculum , & intestina : hac habebis plenius levi muco vestita , ut ab his clave intellegas , cur necessario a purgantibus ladi debeant . Quaris majora ? Quis est , qui in aere Brixiano repetitas sustinet phlebotomias , ut sine detimento , imo cum utilitate ferant Patavini ? Verum in his frequentissime massa sanguinis allo crux quodammodo solidificari , quam raro in Brixiano sanguine eris vissurus . Purgantia ergo a Brixianis recedant , quorum fluida tenuis , ac fragilis admiratur .

Denique ne pigeat ulterius audire , que pluries in ipsis Brixianis febribus obseruoramur . Fatoe , usum ipsum corticis Peruviani in Brixianis febribus felicem esse solum in iis , in quibus massa sanguinis fibrosa , ac densa magis fuerit i inanem vero , imo nocuum , ut plurimum esse futurum , in quibus massa sanguinis tenuitate , ac exsiccitate peccaverit ; cum vero massa sanguinis Brixianorum tenuis , et rara esse soleat , habet , quam raro etiam cortex Peruvianus Brixianorum febribus convenire videatur . Ad his itaque , qua aeri Brixiana communis sunt , & experta , tanta est puto verborum tuorum pondera , ut exigim , te contra purgantia cuiuscumque generis , quo folum opportuna sunt , esse consequturum . Utinam quacunque regione aer , venti , aqua , herba , fradus , hominum temperies , artes , & exercitia possent dimicari , profecto Praxis medica non claudicaret , sed tuo pede tret feliciter , apto Egrotantium auxilio , & summo Medicorum ornamento . Vale .

## JOANNI MARIE FINONI

Medice Artis candidato

FRANCISCUS RONCALLI PAROLINUS

S. P.

Quamvis argumenta , & rationes , quas mihi nudius quartus oretenus graphicè exarasti , dulcissime Finone , circa diuinum aegritudinem , que sex abhinc mensibus torquetur egregia mulier N. N. , & tuae mentis acumini , & ingeniole meo quodam-

dammodo quadrare vise sint , attamen post quam mecum ipse iterum cogitavi ( ob Patientis merita cogito autem saepissime ) temperiem , symptomata , terque jam innovatas violentissimum exacerbationum periodos , semper magis pertinacè ne tantummodo inducit , non pax fida , obtenta sint . Ideo paulo fuisus tibi nostram aperte sententiam hac epistola volumus , simulque tuam in ruficano acre minervam excitare , ut ab attentiori instituto examine , exque opposita dicendi ratione , tuitor semita ad morbi cognitionem pateat .

Nec vero fervidam hepatis constitutionem , irrequieta fulphura , calidumque Patientis , multoties enixa , temperamentum , perpetratos in viius regimine errores , aut miram , & subitanearum in omnibus peragendis spirituum animalium promittitudinem tibi recinam : cum haec omnia a te multoties jam auditæ , & visa sint , dum necessitudinis erga amicam domum tuæ , & medica optimi Patria munia complebas : sed potius historiam morbi repetendo , pro therapeja illustranda , en habe , que maxime menti insidiantur .

Non ignoras elapsa hyeme , & ingruente , ni fallor , Februario egregiam Patientem correetam repente fuisse quadam cordis suffocatione , lipothymia , & vomiti , primo anuroci ciborum reflitantis in ventriculo farcinis , mox porraceæ & flave bilis , ex cujus exitu licet acutus morbus quodammodo mitescere vifus fuerit , attamen succedens anorexia , oris amaritudo , fitis , vigiliae , virium debilitas , dolores abdominis , præcipue circa ventriculi regionem , continuo denique continentis febris , tertianariorum interdum rhythmo fitata , nuncque magis , aut minus excandescens , medicam opem postularunt . Quia quidem præstila purgantibus , & per epicrāli aperitivis medicamentibus , mox diluentibus , cichoraceis , & bilem cicurantibus , tandem sanguinis miflone , & amygdalarum dulcium succo ad pacandos fermentantium particularum tumultus , tantum abfuit , ut eadem omnia , licet secundum rationem adhibita , optati essent juvaminis , quin potius damna tulerint , & fibrarum omnium irritamentum producerint . Omilis propterea , volente fato , & jubente Ægra , remedis , & reflitantibus foliis natura viribus delegato curationis opere , transactisque inter jaunam , & cubiculum Majo , & Aprili , jam feis , quod indifterenter febricitavit , semperque in viceribus latitat caufa , & fermentum illud , quod in liquidis dyscrasiam , in sanguine effe-

eserventiam , si mavis cum Erastrato , systema nervosum afficiens , produxit .

